CONSULTATIO DE PACE CIVILI RELIGIONI IN INSTRUMENTO PACIS...

Johann Deckherr, Veit Breitschwerd

Digitized by Google

CONSULTATIO
De
PACE CIVILI RELIGIONI
In
INSTRUMENTO PACIS
CÆSAREÆ-SUECICÆ MONA-
STERII ET OSNABRUGÆ
CONFECTÆ,
DATA;
EJUSDEM ARTICULO
QUINTO IN IMPERIO MOTIS
DUBIIS; ET AUXILIIS
FORI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AUTORE
JOH. DECKHERRO, D.
Imp. Cameræ Judicij Advocato
& Procuratore.

SPIRÆ,
Impenſis CHRISTOPHORI Diſſen/
Excudebat JOH. MATTH. KEMPFFER.

CIↃ IↃC LXXX.

MAGNIFICO DOMINO,

DOMINO

HULDERICO EYBENIO,

JCto, & Auguſt. Cameræ Judicij Aſſeſſori Eminentiſſimo,

DOMINO AC PATRONO SUO,

Perpetuam Felicitatem!

DImitto ad virtutem & gloriam Tuam, DO-MINE, vix ex ſcriptorum meorum naufragio ſalvam tenuem tabulam: Imo vero,

nec ſalvam futuram, ſi non ju-raſſet, profligatis ſuis diſcrimi-nibus, ſenſa Numinis providen-tia, ſaluteque ſua viſa, Ampliſ-ſimo Nomini Tuo *lubentem ſe meritoque litaturam. Dimiſ-ſa itaque, in teſtimonium ſan-ctioris obſequii,* Aſſeſſori *ab Ad-vocato,* Judici *ſuo à cauſarum patrono, debiti præſtitique; & illa quidem in publico: neque enim in hoc demum honeſtiſſimos meos privatos affectus, toties al-legatos, inter ignobiles cineres ſupprimi conveniebat. Conſul-tatio* de Pace Civili Religioni data, *materiæ, de qua in Conſi-lium eſcendit, dignitate; Perſo-*

næ, cui dedicatur, eminentia: propria etiam integritate freta, relictis domi ejusdem ingenii ſcriptis ſociis, ſola, licet invita, prodire juſſa, Tuos ſibi præſcripſit titulos: bonarum litterarum bonæque conſcientiæ ſatis magnos, non minus & ipſos expertos vindices, optima ſtudia peſſimis pro criminibus haberi: inviolatam fidem rectamque ſui fiduciam ſceleribus ab improbis connumerari: Si emergere melioribus datum, ſolius Divinæ benignitatis gratioſum opus eſſe: reliqua omnia in aliena, &, ſi fors ita pejeraverit, infida manu poſita. Ego pro libello ſacra fide ſpondeo,

)(3 *præ-*

præſcriptiones has non ex ambitioſa temeritate, alienam celebritatem in cognata diſcrimina ſevocatura: ſuoſve, ſi qui ſunt, defectus ſub potentioris tutela occultatura, factas: factas autem in honores Tuos, juxta famam virtutesque Tibi ſoli proprias & his à me feliciſſime debitas perennantes gratiſſimas æſtimationes: deniq; non alius, quam ingenui nominis mei commendationes. Hi Epiſtolæ fines: Illi quoque: Divina Majeſtas Magnif. Tuam, *poſt devictos pro Honore ejus, pro ſacroſancta Juſtitia, publicaque ſalute glorioſos ſuſceptos labores, vitæ & gloriæ*

ſa-

ſaturam, ſero humanis eximat: cœlo adſerat: ſi ipſi ita viſum erit, vindicet favori Illuſtriſſimi Cameræ Supremi Senatus, & Tuo

Magnif. Dignitatis Tuæ

Obſervantisſimum

JOH. DECKHERRUM.

AD LECTOREM.

DE PACE CIVILI RELIGIONI IN INSTRUMENTO PACIS MONASTERIO - OSNABRUGENSI DATA, actura erit hæc *Conſultatio.* De PACE, inquam, ô utinam Germaniæ ultima, id eſt, æternâ; poſt ſex luſtrorum belli, nec minorà Pacis diſcrimina, Imperio data; nobis poſteriſque charisſimâ, quia tam carisſimo parentibus redempta; nobis, ut & aliis inviolabili, ſi Deus annuiſſet, quondam ſervanda! CIVILI; mere Politica: nihil enim de Articulis fidei actum, nihil pronuntiatum: Rempublicam conſervaturi à fatali irruente interitu Pacificatores coivêre; de quibus conventum publicavit Civibus Majeſtas; de ſententiis & Opinionib' modo hujus, modo illi' factionis pronuntiatura Divina; his conſideratis, hoc ſcriptum ab omnibus fidem concernentibus litigiis abſtinere; nulli fiduciam, ſpem, honorem ſalutis æviternæ vel expreſſè vel tacite prætenſum

ſum, ſive dictis ipſis, ſive titulis, ſive rationibus præſcindere; ſolam civilem concordiam ſuadere, diſſuadere inſidioſas cavillationes privatorum in publica pericula machinaturas, nos aliosque perdituras, debuit. RELIGIONI; rectius, Civibus trium Confesſionum: ipſi enim Religioni, ſi centenaria & prolixior periodus in memorias revertitur, non altior, apud rixoſos, quam Melitenſium Equiti cum Turco, Pax, & ſecura quies; licet, ita plerique, male! Sive *Monaſterienſes* inter Cæſaris & Galliarum Regis legatos habitos tractatus; ſive *Oſnabrugenſes*, Suecorum & Proteſtantium Conferentiis ſelectos, Conventus quis anteferre velit, affectuum privatorum uſurpatio eſt; publico Gentium prætextui nihil derogatum. DATA; à quo, cuique? certe à Deo ſolo Germaniæ; reliqua inter victos & victores ambitioſa litigia ſunt. DUBIORUM *ejus Inſtrumenti Articulo Quinto præcipuorum motorum* mentio facta, nec Imperio, nec civium ulli præjudicialis; removenda ea conſtituimus, non alenda, disſidia: pleraque non

)(5 tan-

tanti æſtimata, ut ea propter profugæ ad Summa Tribunalia parti denegandæ preces timerentur ; namque jam pridem agnitum, potentiores contra imbecilles timores vimque intentaſſe, conſummasſe; patrato eo, quod meditari antea viſum ; Dubium ad Comitia remiſſum; ſane ita non adpellandum, quia fraus Juri facta, nihil hic adverſus pretioſam pacem, omnia pro ea dicta; nullum à nobis, ab Anteceſſoribus omnia; multa à Statibus, pleraque à privatis, efficta; deciſum nihil, in nihilo Legislatori obreptum; quædam præliminariter de futura deciſione conjectant, non malis, ſi non fallimur, principiis: namque, *ad Reipubl. firmandas ſtabiliendasque vires ſanandos populos, omnis noſtra pergit oratio* : (Cicer. *de Leg.* I:) *quocirca vereor committere, ut non bene proviſa, & diligenter explorata principia ponantur : nec tamen ut omnibus probentur (nam id fieri non poteſt.)* Si quid in publicam rem, Si quid in civem, addo agreſtem ultimæ ſortis, conſultum erroris accuſabitur, in publico judicio de alia quã bonæ fidei intentione docebitur, in quo

fama,

ſama, honor, æs cujuscunque periclitari poterit, revocatum eſto, *neque enim Doctorũ eſt*, ut Thuanus ait, *regna dare vel eripere*; Corrigi poterit in *Commentariis*, quod in *Conſultationem* non accurate delatũ; nam, cur nobis non liceret, quod alii poſt tot alios ſibi licere putaverunt? & hæc *prima* Conſilii pars eſt; de AUXILIIS FORI, *ſecunda*: methodo Proceſſus Blumiani inſervitura, noſtro, nec alii ſubjecto, quoad ſententias veras, vel falſas, illas, utut novas, deſerente, vel has ex præconcepto ſenſu imitante, ingenio exculta. Proceſsus hujus Conſtitutionis in Libro DE PACE PROFANA demonſtrabitur. denique adjectum eſt CONSILIUM DE JURE IMMEDIATI ORDINIS EQUESTRIS S. ROM. IMPERII *circa Exercitium Religionis*, & quidem, *loco* INTRODUCTIONIS *in præcipuas veterum ſententias de Pace ſuperiori ſeculo Religioni conceſſa*; ante hæc non excuſum, ſaltem nobis non viſum; impreſſum, non quaſi omnia probare, vel deſerere omnia animus eſſet, ſed quia in eo character animoſi, atque ſuæ Con-

feſſioni fidi Juriſconſulti, & priſca Germanorum integritas; temporum, quibus ipſe vivebat, pericula quoque; fortiter exprimuntur. Hiſce monitis ultra te non detinerem, LECTOR; Si non de duobus dicendis neceſſario inſtruendus eſſet, quisquis haſce ſchedas aliquando viſurus erit; OCCASIONE *ſuſceptæ de hac* PACE *ſcribendi provinciæ*; & METHODO. *Illi*, una, nec pœnitenda, ratione ſuſceptæ, ab aliis multa obiici poſſunt; plura mihi, nemo enim adeo bene compoſitæ felicitatis eſt, qui non aliquando cum ſtudiis ſuis rixaretur, objeci: forſitan eum, qui ſuſceperat honeſtum facinus rei fortunæque ſcripti ſui imparē; documenta robur additura, non quidem deeſſe, adeſſe tamen non omnia, neque in tanta rei ſubſidia valitura; ambitioſum in re Imperio ſoli debita publica conſultatione vires ſuas periclitari; neminem, qui his tractandis non ſuccubuiſſet, inventum; gratiam raram expectandam; & quæ ſunt alia: Poſterius certum; ab altero liberant noſtra; (*pag.* 13.) documenta ſane ſæpius non nega-

ta,

ta, quia noſtra erant: prima in confeſſo. Et ut dicam, quod res eſt: *En occaſionem!* Dederam An. clɔ Iɔ cLXXVII poſt nundinas autumnales VINDICIAS *pro Veritate & Iuſtitia Rei Iurisque Cameralis adverſus Opiniones Interpretum*, ad D. Jacobi Blumii Proceſſum Cameralem, earumque Partem primam Typographo excudendam; ſuſcepit; poſt deſerto Vadimonio jura in alius manus, quæ habebat, conſignat. His ita geſtis, ſequenti Anno RERVM *in ſupremo Tribunali noſtro* JUDICATARUM *duodecennalem Periodum*, Blumianas ſententias continuaturam, tradidi publicandam alii; eodem cum priori ſucceſſu. Ego indignitate rei motus, cum rogaret hujus Reip. civis, vellem juberem aliquid de ſcriptis meis publico dari? annui; petiit ex univerſis Vindiciis, quas integras edere non poterat, unius materiei electionem; dedi: elegit Pacem Religioſam; & ſub hoc titulo conceſſi: certe ſine ambitione; eaque propter nihil ex his eminentioris expectandum, quam quod toties ab Oldenburgero laudatus Blumius, argumento

Rei

Rei Cameralis, à diligentia noſtra poſtulare poterat. Deficit ergo hic Inſtrumenti Pacis adverſus me, in hoc ſcribendi genere illam noviter inducere non valentem, poſita methodus; gratiam ſcripto demtura; Nec diffiteor; methodum tamen Autoris ſervatam, in omnia libri momenta nos digreſſos, tractatio docet: Ne vero vel hæc deeſſet, præmonendum, Reſtitutionibus ex capite *Amniſtiæ*, punctis particularibus & ſatisfactionis ab hoc conſilio dimisſis, ſuperfuturum Punctum *Gravaminum*, inter Catholicos & Proteſtantes, ratione Religionis & Bonorum Eccleſiaſticorum, cum eo pertinentibus, vel remisſis; ille in XX Articulis Articuli V expeditus & felicisſime compoſitus; hos, quo loco noſtra explicuerint, ſchema demonſtrabit:

Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. Art. Quinti
Pr. in N. 9. Part. 1. Conſult.
Art. I. §. 1. N. 9. & 18.
II. §. 2. N. 18. 19. & paſſ.
§§. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *ſpeciales ſunt.*

§. 13.

§. 13. d. N. 18. pag. 60. cum ſeq.
Art. III §. 14. N. 25.
§. 15. N. 26. 27.
Art. IV. §. 16. N. 28.
§. 17. N. 29.
Art. V. §. 18. N. 30.
§. 19. N. 31.
§. 20. N. 32.
Art. VI. §. 21. & 22. *ad Notit. Iur. Publ. remiſſi, alibi prolixius explicandi.*
Art. VII. §. 23. d. N. 32.
Art. VIII. §. 24. *ſingularis eſt ; reliqua ad* §. 48. *dicta.*
Art. IX. §. 25. N. 33.
§. 26. N. 34.
§. 27. N. 45.
Art. X. §. 28. N. 56.
Art. XI. §. 29. N. 57. 58.
Art. XII. §. 30. N. 36.
§. 31. N. 37 & 38.
§. 32. d. N. 38. pag. 178.
§. 33 N. 12. & 39.
§. 34. N. 40. 43. 44.
§. 35. N. 55.
§. 36. N. 42.
§. 37. N. 41. 43. 44.

Art.

Art. XIII. §. 38. 39. 40. 41. in p. 215. *aliis particularibus tractationibus relinquendi.*
Art. XIV §. 42. N. 46.
§. 43. N. 47.
§. 44. N. 48.
Art. XV. §. 45. & 46. N. 19. & 21.
§. 47. N. 24.
Art. XVI. §. 48. N. 35.
§. 49. ibid.
Art. XVII. §. 50. N. 55.
Art. XVIII. §. 51. Art. XIX. §. 52.
Art. XX. §. 53. (*explic. ad Ord. Cam. pag. 121. & ſeqq.*)
§. 54. in Conſult. p. 2. n. 81.
§. 55. (*Vindic. tit. 1. §. 18. n. 2.*)
§. 56. d. N. 81.
§. 57. 58. (ad Ord. Cam. d. p. 121 & ſeqq.)

De Art. VII. Principali, & de Jure Aug. Confeſſ. utriusque inter ſe. N. 49. 50. 51. 52. reliquā Index uberius allegabit.

Adverſus *iniquitates cenſurarum & invidiæ* denique aliquid decendum erit? Nihil; niſi aliena. Vidiſſe nos *multos feſtos dies*

dies agentes, invidiam nunquam, (ex Bac. de Verulam; *Serm. Fid. de Invid.*) *Si quis altero plura ſciat, non invidendum; miſerendum, si quis* cenſorum *pauciora*. (ex Broun. R. M.) *alioquin multa timore contumeliarum aut tædio neceſſaria omittemus: & publicis privatisque, aliquando etiam ſalutaribus, non occurremus, dum muliebris nos cura angit, aliquid contra animum audiendi: aliquando etiam obirati potentibus, detegemus hunc affectum intemperanti libertate. Quis eſt enim* (ita Seneca *de conſt. Sap.* 19.) *qui non poſſit contumeliam facere, ſi quisquam poteſt?* Vale.

)( )(Con-

Conſpectus Conſultationis.

PARS I.

E*Xperiundi in foro Camerali rationes.* 1. *Conſtitutiones de Pace tenenda.* 2. *Scriptores Hiſtoriæ, Iurisque in negotio Religionis prætenſi. Thuanus & Sleidanus contra Scioppium defenſi. Aſſertores Iurium utriuſque partis. Pro defenſione ſecuturorum Præfatio.* 3. *Hiſtoria Legislationis de Pace Religionis.* 4. *Transactionis Paſſavienſis ætas & in publicis effectus: Paciſque Religionis Anni 1555. Impium, rem non ſeriò & ex animo geſtam, aſſerere. Reſolutionis Ferdinandeæ autoritas; Edicti Ferdinandei Ann. 1629. Pacis Monaſterio-Oſnabrugenſis; hujus contra Inſidiatores defenſio.* 9. *Legislatio moderna definita: Definitio explicita. Contra Erneſtum de Euſebiis ſtrictè vindicata.* 10. *Pacis Religioſæ ſpecies.* 11. *Religionum Tituli: Confesſiones: Prærogativæ, Poſſesſionisque titulus: Neminem in Lege noſtra damnatum. Iura Reformatorum: aliorumque. Iura pactorum inter tres Religiones initorum. Qui ſub Proteſtantibus ſæpius comprehenſi.* 12. *Concordiam Eccleſiæ à DEO OPT. MAX. votis expetendam: Monita ad cives; diſcordes: con-*

cordes:

cordes: horum cautelæ. 13. Complexus titulorum, Auguſtanæ Confeſſionis, & Evangelicorum. 17. Termini Reſtitutionis, &c. Bonorum Eccleſiaſticorum & æſtimandi Exercitii Religionis. Principium; fundamentum hujus Conſultationis, & Conjecturæ legalis. De ſubordinandis Pacificationibus ſibi invicem. QVID de Projectis in Tractatibus exhibitis? De Civibus alius Religionis An. 1624. in Senatum allectis. De tranſitu per Cæmiterium. Qui in §. 13. art. V. aliunde reſtituendi: De clavibus templorum: claudendo tempore Quadrageſimali laniario. Quæ intuitu Religionis mutata? Quis Iudex Litis? Eventus? Exemplum. 18. 19. Ad §. 45. & 46. de Reditibus, Decimis, &c. Catholicis à Proteſtantibus debitis, & contra: Tempus quale deſignandum? Quæ in probanda poſſeſſione differentia? Quid prægravare Reditus? Quis Vſus legitimus?. 19. & 21. Rationes componendi occurrentia circa ſuſtentationem Dubia. 20. Bona Eccleſiaſtica, quæ? Æſtimandorum de iis Iurium tempora. Rei geſtæ Exemplum. 22. Bona Eccleſiaſtica qualia? Ea non eſſe divini iuris, ex Scipione Aretino: neque in rerum ſacrarum numero, ex Donello: Licite

)( )(2 Mona-

Monaſterii alienata, ex Iure communi. 23. *Ad Artic. V.* §. 47. *De fundationibus deſtructis, & collapſis.* 24. *Ad* §. 14. & 25. *Terminum ratione Bonorum Eccleſiaſticorum mediatorum vel immediatorum, &c. non diverſum eſſe.* 25. *Ad* §. 15. *RESERVATUM Eccleſiaſticum ſtabilitum; ſalva cujuscunque conſcientia: Perſonæ comprehenſa, &c. tituli onerosi & lucrativi diſcrimen. Inde dubia.* 26. *De reſtituendis Bonis immediatis poſſeſſoribus priſtinis: &, non intelligendos, qui ob mutatam Religionem iis excidere, cenſendum.* 27. *Ad* §. 16. *de Iuribus eligendi & poſtulandi Archi & Epiſcopos, &c. remiſſ.* 28. *Ad* §. 17. *De non hereditariis faciendis Epiſcopatibus.* 29. *Ad* §. 18. *De S. Caeſ. Majeſtatis Iure primariarum precum.* 30. *Ad* §. 19. & 20. *De Annatis, Iuribus Pallii, &c.* 31. *Ad* §. 23. *De conſervando numero Canonicorum.* 32. *Ad* §. 25. *De Bonis Eccleſiaſticis mediatis à parte Auguſtanæ Confeſſioni addictorum poſſeſſis, eorumque Iuribus.* 33. *Ad* §. 26. *De Bonis Eccleſiaſticis mediatis à parte Catholicorum; & poteſtate introducendi novos Religioſorum Ordines in eorum bona, ipſis vel danda, vel deneganda.* 34. *Ad* §. 48. *De*

Iure

Iure Diœceſano & Iurisdictione Eccleſiaſtica Catholicorum: in ſubditos alienos; & proprios. Quid Iuris à parte Proteſtantium? cum aliis. 35. *Ius Reformandi ex praxi Superioritati Territoriali annexum: inde conſequentia.* 36. *Tempora dicti Iuris computandi ad I. P. §. 31. Dubium de bonis Eccleſiaſticis mediatis mediatorum declinatum.* 37. *Superflue de d. §. 31. ab Interpretibus diſputata refutantur.* 38. *De Pactis & Transactionibus, ante Religionis disſidium, ante bellum civile, eo durante, & ſequentibus temporibus, initis.* 39. *Exercitium publicum quid? Quid privatum, & devotio domeſtica: ad §. 34. Iura domeſticæ devotionis; evocationis Miniſtri ex alieno; ſine vel cum ceremoniis; oppoſitæ præſcriptionis præſentis vel futuræ; itemque viciniæ; expenſa.* 40. *De Iuribus Dominorum in Subditos & homines proprios: ad §. 37.* 41. *Adminiſtrationem bonorum ab Emigrante etiam ſuæ Religioni addicto committi poſſe.* 42. *Ad §. 34. & 37. De Iuribus & reſpective beneficiis Emigrandi ex Actis Pacificationis contra Interpretes diſputatum: poſt lapſum ad emigrandum terminum libertatem Religionis aut emigrationem ſalvam non eſſe.* 43. 44. *Ad §. 27.*

De Iure Debitoris terras ſuas oppignoratas reluentis; ut & Subditorum. 45. *Ad* §. 42. *De Iuribus Domini Feudi & Vaſalli circa punctum Reformationis. Quid à feudali aut ſubfeudali qualitate dependere? contra Autorem.* 46. *Ad* §. 43. *Ius Reformandi in territorii juris controverſi & communis caſibus: diſtinctè expoſitum; jura noviter reſtituti deſignata.* 47. *Iura jus Reformandi non tribuentia, quæ? ad* §. 44. 48. *Ad Art. VII. de Iuribus Proteſtantium inter ſe: Proteſtantium ad Catholicam fidem, & contra, euntium: Domini & ſubditorum unius Religionis in reſpectu ad tertium: Poteſtate Principum denique præ ea, quæ eſt liberarum Rerumpublicarum circa introductionem Exercitii Religionis, &c.* 49. 50. 51. 52. *De non compellendis ad aliam fidem ſubditis; nec alienos ſubditos contra Magiſtratus eorum protegendo.* 53. *Ad* §. 35. *Officia trium Religionum inter ſe in Converſatione civili.* 54. *Ad* §. 50. *Negotiorum ad convellendum Inſtr. Pacis tendentium prohibitio: in concionando moderatio laudata: Dubia removenda; quid de iis Conſultationi liceat? quis eorum Iudex.* 55. *De Iuribus Ordinis Equeſtris immediati: remiſſ. An ille*

Ordo

Ordo ſit Status Imperii? obiter diſquiſitum. 56. *De Iure Civitatum Imperialium in mutanda Religione; poteſtate reſtaurandi ædes devaſtatas, Domini, & inducendi ſuæ fidei exercitium; augmentis etiam cultus religioſi admittendis, vel ſecus.* 57. 58. *Ad Art. XVII. §. 3. De Exceptionibus, quacunq; ratione Germanicæ Paci objiciendis vel objectis, caſſatis, ſummaria tractatio,* 59. *De Paci inſidiantibus: Pacisq; perpetuitate.* 60. *S. Cæſ. Maieſtatem ſubpœna Pacis publicæ ſe ſervando Inſtrumento Pacis obligaſſe, impotens dictu: neq; Status ea teneri ex pacto, &c.* 61. *Pacis huius conſervandæ rationes, attentatorum adverſus eam declinationes, cum huius conſultationis obſignatione; fuſo pro Cæſare, pro Pace, gratulatorio Voto.* 62.

PARS II.

R*Emedia ab Inſtr. Pac. juſtitiam implorantibus data: eorū qualitates, finesq;.* 63. *Quid intuitu Religionis turbare?* 64. *Subditis adverſus ſuos Magiſtratus ex hac lege Proceſſus decernendos, nunquam dubitatum.* 65. 66. *Mediatos ad agendum contra quemcunque non ſemper admiſſos videri: &, quid hic Iuris?* 67. 68. *De Hæretico turbatore: &, quid adverſus eundem Iuris?* 69. *De Iure experiundi inter Proteſtantes*

teſtantes inter ſe. 70. Litigantibus unius Religionis ejuſmodi remedia non dari: dari vero alia in poſſeſſorio Iurium Eccleſiaſticorum; ut & petitorio. Quid ſi turbatus prohibitis ſectis adhæreret? 71. 72. De Actore. De Reo; &, non videri contra mediatum indiſtinctè agi poſſe. Inter Legum Pacis Profanæ & Religioſæ violationes differentia. 73. De Pœnis violatoribus dictandis: decernendis Mandatis S. vel C.C. Hic litteris pro informatione opus: Diſſentire videri Iudicium Aulicum Cæſareum. 74. & 75. De fundanda Iudicis Iurisdictione & quis in omni caſu implorandus? Vbi de Auſtrægis; & Conventu Deputatorum Ordinariorum. 77. Citationes per Receſſum Imp. noviſs non ſublatas. 78. Quemcunque transgreſſorem Inſtr. Pacis, pacis profanæ pœnis ferire, durum: inde dubia. 79. Remediis pœnalibus hic deſignatis moderate utendum. 80. Paritas Iudicantium utriuſque Religionis in dandis Decretis, ferendisque ſententiis, quæ? Caſus paritatis votorum, tum, in judicio Imperiali Aulico, & Camerali, memorabiles eventus. 81. De concurſu Remediorum electivo vel cumulativo, remisſio. 83. Supplicandi rationes; Supplicationumque merita: fines. 84.

CON-

CONSULTATIONIS DE PACE CIVILI RELIGIONI IN INSTRUMENTO PACIS MONASTERIO-OSNABRUGENSI DATA;

PARS PRIMA:

In qua de Articuli V. ſenſu, motisque illi dubiis ad methodum Additionum ad Limnæum Enucleatum Philippi Andreæ Oldenburgeri; ſive Iacobi Blumÿ Proceſs. Cameral. Tit. XXVIII. de Pace Religioſa in conſilium itur.

Num. I.

QUi cauſas ſuas liteſque forenſes ad Suprema Tribunalia dijudicandas deferunt, vel *in primâ inſtantiâ* de jure ſuo cum adverſario experiri intendunt;

teſtantes inter ſe. 70. Litigantibus unius Religionis ejuſmodi remedia non dari: dari vero alia in poſſeſſorio Iurium Eccleſiaſticorum; ut & petitorio. Quid ſi turbatus prohibitis ſectis adhæreret? 71. 72. De Actore. De Reo; &, non videri contra mediatum indiſtinctè agi poſſe. Inter Legum Pacis Profanæ & Religioſæ violationes differentia. 73. De Pœnis violatoribus dictandis: decernendis Mandatis S. vel C.C. Hic litteris pro informatione opus: Diſſentire videri Iudicium Aulicum Cæſareum. 74. & 75. De fundanda Iudicis Iurisdictione & quis in omni caſu implorandus? Vbi de Auſtrægis; & Conventu Deputatorum Ordinariorum. 77. Citationes per Receſſum Imp. noviſs non ſublatas. 78. Quemcunque transgreſſorem Inſtr. Pacis, pacis profanæ pœnis ferire, durum: inde dubia. 79. Remediis pœnalibus hic deſignatis moderate utendum. 80. Paritas Iudicantium utriuſque Religionis in dandis Decretis, ferendisque ſententiis, quæ? Caſus paritatis votorum, tum, in judicio Imperiali Aulico, & Camerali, memorabiles eventus. 81. De concurſu Remediorum electivo vel cumulativo, remisſio. 83. Supplicandi rationes; Supplicationumque merita: fines. 84.

CON-

CONSULTATIONIS DE PACE CIVILI RELIGIONI IN INSTRUMENTO PACIS MONASTERIO-OSNABRUGENSI DATA;

PARS PRIMA:

In qua de Articuli V. ſenſu, motisque illi dubiis ad methodum Additionum ad Limnæum Enucleatum Philippi Andreæ Oldenburgeri; ſive Iacobi Blumij Proceſs. Cameral. Tit. XXVIII. de Pace Religioſa in conſilium itur.

Num. I.

QUi cauſas ſuas litesque forenſes ad Suprema Tribunalia dijudicandas deferunt, vel *in primâ inſtantiâ* de jure ſuo cum adverſario experiri intendunt;

vel *in ſecunda inſtantia* fortunam actionis ſuæ perſequi ſolent: ita Ordinatio Cameræ. Interpretes, vel *per viam ſimplicis querelæ*, vel *Appellationis* cauſas ad illa volvi, non ſatis accurata, vel cujus ſenſus manifeſti eſſent, recepta tamen, & ideo temerè non repudianda, formula, ſcribunt: Jurisdictionem, vel ratione *perſonarum*, vel *cauſarum*, in primis inſtantiis fundantes. Perſonarum ratione tractationibus abſolutis, jam de cauſis & factis jurisdictionem Cameræ fundantibus, Blumiana nunc tractatura: Solennis hæc eſt & antiqua noſtris docendi methodus; in formula id obſervandum; neque, quando dicimus, jurisdictionem fundari ratione *perſonarum*, penitus omnem cauſarum, ſi qui fortè concurrere poſſet, reſpectum nos excludere; neque, ſi ratione *cauſarum*; omnem perſonarum qualitatem; ſed ſufficere nobis, ibi perſonas per eminentiam reſpici; hîc per eminentiam, cauſas & facta: ex his agendi, poteſtatemque Judicibus eſſe demonſtrandi, fundamentum primum ſumi, licet concurrentia reliqua non excludantur;

tur; ut in diſcernendis Contractibus Realibus, Verbalibus, Literarum & Conſenſualibus in Jure Romanorum Civili privato ferme uſuvenire ſolet. Quapropter rectè ſuppoſito hoc principio memoratur; aut *planè nullum* haberi ſive concurrere principalem reſpectum perſonarum, aut *aliquem*. *Illi* caſui ſuæ Leges aſſignatæ; *Hic*, vel *utriuſque litigantium*, vel *unius* tantùm. Quod ſuis quoque exemplis firmatum: non omittenda cum obſervatione, horum alteram partem *Iure ſcripto*, conſtitui, alteram *non ſcripto*: aliam *ab initio* obtinuiſſe, aliam poſtea demum præſcriptione *ſuperinductam*: Quæ omnia qualia ſint, ſuo loco oſtendemus.

Num. II.

Conſtitutiones de Pace tenenda, ut Veteres locuti, vel ſervanda, concernunt *PACEM PUBLICAM*: hæc vel *PROFANA* eſt, vel *RELIGIOSA*; *Hæc* de Religione eique annexis, ut & quiete publica, in ſpecie; *Illa* de publicâ Imperij tranquillitate conſervanda, in

genere diſponit. *Autor* in eam quæ eſt Religionis, & eam quæ Imperij eſt, dividit; ut videtur, ſine exemplo tituli, *Imperij*, hoc in ſenſu aliis Scriptoribus uſurpati: qui & longè re ſignificandâ prolixior eſt, neque ita ex Germanicâ Legislatione commodè reddi poteſt: præferenda proinde vocabula, quæ, & ſignificantior Emphaſis, & Uſus Imperialis loquendi, approbavêre.

NUM. III. & ſeqq.

Scriptores Hiſtoriæ, Iuriſque in negotio Religionis prætenſi. Thuanus & Sleidanus contra Scioppium defenſi. Aſſertores Iurium utriuſque partis. Pro defenſione ſecuturorum Præfatio.

HISTORIAM Negocij de Religione Vir Statui Reique Publicæ Germanicæ cum pietate, veritate, & cura miniſteria ſua locaturus noſſe debet. Omnes

autem

autem, quæ ad noſtra uſque tempora pervenere, de hâc re ſcriptiones excelſiores, vel *Hiſtoriam* pandunt, vel *in jura rei argumentaque negociorum* ſola penetrant: vel *factum juraque conjunctim* exponunt: *HORUM* inter Scriptores merito ſuo ab Autore præpoſitus Johannes Fridericus *HORTLEDERUS*, Conſiliarius Saxo-Vinarienſis, in memorabili Opere: Von den Urſachen deß Teutſchen Kriegs Käyſer Carl deß Fünfften wider deß Schmalkaldiſchen Bunds Obriſte Chur- und Fürſten/ Sachſen und Heſſen und dero Mitverwandte Anno cIↃIↃXLVI. & XLVII. huicque, quod ad Acta Publica, proximus Celeber *GOLDASTUS* in locis hic citatis eminent. Hos ſequitur, qui graphicè Statum & negocia Imperij poſt annum maximè Superioris Seculi XVI quinquageſimum quintum in Volumine ſuo de Pace Religionis, expreſſit Chriſtophorus *LEHMANNUS*, & qui alij adnumerati *de C. I. C. Cap. VI.*

HISTORIAM pertexuit ſummâ fide & magnifica integritate Joh. *SLEIDANUS*.

Argentinenſium Reip. quondam ab Epiſtolis; & ex ejus aliorumque Commentariis Jacobus Auguſtus *THVANVS*; uterque ſine partium iniquo ſtudio, ira, odio, inclinatione, affectu, ſummæ rerum; abſtruſiorique publicarum deliberationum memoriæ, præjudicaturis: de *SLEIDANO*, Argentinenſes, & Berneggerus *in Idol. Lauret. Cap. 8. pag. 77.* datum eſt Hiſtorico illud culpæ; Jacobo *STVRMIO*, Legationum omnium Principi, Lælio ſuo à Terentio faciliorem, quàm par erat, fidem in geſtarum rerum memorationibus habitam; multa per Sarcaſmos tractata; in pleriſque non ſatis dignè explorata enumerari; unde Viris Magnis animadvertendi, adnotandi, ſæpe etiam cavillandi, alio hic, quàm Jacobo, Simonis filio, Grynæo optato fine, (Thuan. *lib. 4. Hiſtor. de Vitâ ſua pag. 67.*) provincia arrogata: *acribus initiis, incurioſo fine, eventu nullo!* De *THVANO*; Gabriel Bartholomæus Gramondus *lib. 1. Hiſtor. in princ. & lib. 3. Hiſtor. pag. 191.* Benjam. Priolus *lib. 1. Hiſtor.* & Europa! Mihi ſanè viſa ſemper eſt

Natu-

Natura ad nõ evitabilem rerum omnium conſummandorumque temporum periodum, cuncta, quæ ſunt, cineres ſuos fateri coacturam, feſtinans, in Thuanéis nunquam ſatis æſtimatis virtutibus, florentiſſimo ingenio, prudentia & judicio mirando, oſtendere voluiſſe, quantum in unum hominem, quantum in Hiſtoricum pretioſiſsimæ virtutis, ſi placuerit, benigniſsimo impetu conferre poſsit, & contulerit. Unde juſtè indignabitur, qui ſeriò doluerit, Johannem Limnæum *lib. 1. Iur. Publ. cap. 3.* ejuſque Epitomatorem Oldenburgerum *Pand. Iur. Publ. lib. 1. cap. 2. §. 4.* Conſilio & ratione potius non ſatis ad metuendos eventus ſubductis, quàm injurioſo propoſito, ſepulta de ambobus pridem judicia in memoriam revocâſſe: Sunt illa judicia, occaſione inſani cum Scaligero litigii, effuſa, profecto, nefaria, infamia, horrida Oporini Grubinii *in Amphot. Sciopp. Edit. Pariſ. 1611. pag. 157. 158. 159. 160.* qui ſub infami larva (neque enim, quis ille Medicus ſit, Eruditi ejus temporis ignoraverunt, & hodie liquido

 con-

conſtat. Vid. Conſult. D. Vincentius Placcius *de Script. Pſeudon. n. 407.*) Thuanum improbum prævaricatorem, hæreticum relapſum, adeoque infamem, minimè bonum Virum, patre ſuo ſanctæ & illuſtris memoriæ indigniſsimum: Sleidanum, mendacem: Taubmannum, temulentum: Gruterum Sycophantam, mendacem pag. 147. appellare non erubuit: Lipſium pag. 151. Clavium pag. 156. indignè publice ſprevit; integriſque Rebuspubl. non minari ſolùm, ſed etiam aggredi eas, temerario niſu auſus eſt. Nimirum; *Nyphus Patavij* (verba ſunt Illuſtr. Thuani *lib. 1. de Vita ſua p. 10.*) *iam tum Burdoniæ fabulæ initium fecit, quam deinde alij malignè ſparſerunt, & grandibus poſtremò libris* carnificis manu *puniendis magna ſua cum infamia evulgarunt.* Hæc inde criminoſis Scioppianis traductionibus merces, &

Si quæris, quid agat? nunc quoque mordet humum.

Nos ad inſtitutum! Pro rationibus *CATHOLICORVM* præcipuè commentatus eſt Carolus Caraſa, Epiſcopus Averſanus,

nus, *in German. Sacr. Reſtaur.* Commemorationem Hiſtoriarum ab Anno 1517. ad uſque Coronationem Ferdinandéam, ſtylo eleganti & catholico complexus: juxta easdem Adamus Conzen *in Iubilaeo Evangel.* quibus alia Scripta jam dudum oppoſita: ſed hæc forſan Hiſtoricæ Profeſsionis diligentia, Europæi Theatri, & Lundorpiani labores manifeſtius exequentur.

IVRA PARTIVM ARGVMENTAQVE REI IPSIVS exponunt Scripta tum *Theologica*, tum *Politica*: *illa* exhibere orditus fuit Goldaſtus Politiſcher Reichs-Händel *Part. XVIII. XIX, XX. & XXI. & Polit. Imperial. Part. XXVII. cum ſeqq.* neque ignota ſunt reliqua in Bibliotheca Seculi XVI. *Politica* propriè ſunt hujus loci, quæ priori Seculo, & plura, & pro utrâque parte confidentiora prodière; Noſtrum Seculum non parum de priſtino rigore & horridâ libertate, temporis ſui, tum neceſsitatibus, tum labe, ita ferentibus, remiſit: vituperio alia excepta, alia elogio non dedignanda; prout vel illorum vitia efflagitant, vel horum

virtus apud bonos & ab affectu partium liberos meretur. Animus eſt, diſcretis Operibus, quæ hunc de Pace Religionis laborem ſibi *præcipuum* ſumſere; ab illis, quæ *occaſione laborum exoticorum* hoc etiam vadum ingreſſa ſunt; *majora* volumina ſeparatim nominare, *mediocris molis* ſcripta ſuo loco ſubnectere. Inter illorum *majorum* Scriptores eminent, præmemoratus Lehmannus: Franciſcus Burgkardus, Cancellarius Colon. de Avtonomia das iſt / von Freyſtellung mehrerley Religionen und Glauben Monachii edita: nomen ſuppoſititium putant, tegique Andr. Erſtenbergerum, Conſil. & Cancellar. Colon. poſteà Conſiliar. Cæſar. Anton. Poſſevinus *lib. 1. Biblioth. pag 125.* Alii, Andr. Gailium, Limn. *lib. 1. Iur. Publ. cap. 13. n. 19.* Oldenburg. *Limn. Enucl. lib. 1. cap. 11. §. 4.* Cenſura apud Joach. Schepliz *in Conſuetud. Brandenburg. part. 3. tit. 8. n. 8.* Waremund. ab Ehrenberg *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 50.* Muſæum *de Succeſſ. Convent. cl. 1. concl. 5. lit. a. pag. 165.* Schüz *Vol 2. Iur. Publ. Diſp 4. th. 11. pag. 155.* Burgold. *ad Inſtr. Pac. part. 2. diſc. 10. §. 4.*

pag.

pag. 87. ut oſtendimus in Conjectur. de Script. Adeſp. & Pſeudepigr. *Sect. VII. pag. 54. 55.* Juriſconſultorum Dillingenſium, (vel, quod mallem, alicujus ex Ordine Eccleſiaſtico Viri) Pacis Compoſitio inter Ordines Imperii Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni adhærentes An. 1629. publicata. Uterque liber in Conventu Oſnabrugenſi non ſine opprobrio traductus!

Mediocris molis ſunt libri accuratis Autoribus nati, ſequentes: Juſtus Springerus ſive Petrus Syringus *de Pac. Relig. in Vol. 5. Diſput. Baſil. 20. in Nucl. Iur. Publ. Diſſert. ult. & Tom. 2. Arumæi diſc. 10. pag. 275.* Müterus *de ead. apud Arum. d. l. diſc. XI.* Quir. Cubach de Conſtitut. Relig. *ibid. diſc. 12.* Petrus Leopoldi *apud Arum. Vol. 1. diſc. 24. pag. 674.* Bernh. Bertram *ibid. diſc. 25. pag. 706.* Cranius, maximè nobilis Scriptor: Samuel à Remchingen ap. Goldaſt. *Polit. Imper. part. 30. n. 2.* Frid. Albert. Maulius, Conſil. Solmenſ. Anno 1633. & Petrus Oſtermannus. His poſt concluſam Pacem Germaniæ accedunt: Manuale Pacificum Illuſtr. D. V Vilhelmi

Ignatii

Ignatii *SCHüZII*, & Notata Sprengeriana *de Fontib. Iur. Publ. cap.* 23. quibus utriſque multa ſe debere libellus hic fatetur.

Reliqui Scriptores, quibus *inter alios* hic quoque labor aſſumptus, extant: Illuſtr. D. ab Andler *Iurisprud. Publ. & Priv. lib.* 1. *tit.* 1. *part.* 2. Limnæus *lib.* 1. *Iur. Publ. cap.* 13. & Oldenburgerus *lib.* 1. *L. E. cap.* 11. Schüz. *Vol.* 2. *Iur. Publ. Diſp.* 4. Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. cap.* 3. *ſect.* 5. P. VVaerſuus *Hiſt. Bavar.* & præcipue Phil. Andr. Burgoldenſis *in Notit. Rer. Illuſtr. Imper.* arg. Inſtrum. Pac. eruditam & memorabilem operam, maximè in Hiſtoria noviſſimæ Pacificationis Religioſæ, tradenda, præſtitit, honorabili elogio hic deſignandus. Ab his differunt docendi ratione *Camerales*; quos omnes ferme ſua diligentia contulit Maulius, ſuprà memoratus. Nos in Tractatione conferemus. Noviſſimè inter noſtrates de Pace Religionis & Inſtrumento Pacis in Compendium redacto palmam meruiſſe dictus eſt *Blumius*, quem magnoperè propterea, & ad admirationem uſque laudibus extulit Oldenburg. *lib.* 1.

L. E. cap. 11. §. 2. *in addit.* 5. *pag.* 65. *& ad Inſtrum. Pac. part.* 3. *diſc.* 1. *§.* 6. *in fin.* Sua nimirum erit demonſtratorum merito-rum commendatio non prætereunda!

Et huc, Lector, obtorto me collo invitum reluctantemque vocavit *VINDICIARVM PRO VERITATE ET IVSTITIA REI IVRISQVE CAMERALIS* ad integrum Blumianum Proceſſum ſcriptarum ſeries. Si *nihil* addo; deſidiæ, negligentiæ, ignorantiæ accuſabunt, qui, ubi res aliqua virtute, ingenio, lectione agenda, lætargicum offendent, metuentem quævis, & quælibet averſantem. Si *commentor*; Legis publicæ reus ſum, id fieri ferme manifeſtè prohibentis, Inſtr. Pac. *art. V. §. Vtriuſque Religionis* 50. Temeritatis convictus; ſi exploderetur mali ſucceſſus labor ſinè dubio condemnandus. Et ſanè (verba ſunt Illuſtr. Forſtneri *ad Tac. lib.* 2. *Annal cap.* 85. *verſ.* 4. *pag.* 368.) *horreo me immittere tam vaſto gurgiti, cum neque equidem nunc omninò liqueat*; non tam metuenda lex, ſi alicubi peccatum, vindex; metuendum autem Viri privati tenuitati,

quæ

quæ tantopere experta eſt, quantopere ad hunc ſcopulum amœniſſima ingenia nobiliſſimas infauſtiſſimi naufragii tabulas cum pœnitentia legerint; quantopere à momentis publicis repulſa; quàm pauca emerſerint: Subſiſto. Sunt tamen alia publica negocia, ſpecialiter reſervata, &c, uti obſcura, ita Imperio præjudicialia; hæc Imperii publicis Comitiis propria; hæc privata & ampliſſimis Tractatibus nunquam ſatis adſueta manus ſibi aſſerere ignorat: Quæ privata ſunt; à privatis ante hæc mota; quæ Cameralia; quæ in utilitatem Reip. remotis obſcuritatibus Legis ſolemniter hucuſque accuſari ſolitis, ſcriptæ commentationes remiſſoriæ, *profeſſione in patriam pietatis, aut laudandæ erunt, aut excuſandæ.* (Tac. *Agric. cap.3. verſ.7.*) *CECIDI EGO, CADET, QVI SEQVITVR,*

Publica pietas eſt!

Num.

Num. IV.

Hiſtoria Legislationis de Pace Religionis.

IN Hiſtoria Legislationis de Pace Religionis pandenda dubio procul à declaratione in bannum Imperii D. M. Lutheri 8. Maji 1521. à Carolo V. Cæſ. facta, Decretoque VVormatienſi, quod extat apud Goldaſt. *Statut. & Reſcript. Imper. tom. 2. pag. 5. & Collect. Conſt. Imp. tom. 2. pag.* 142. *& ſeqq.* Sleid. *lib. 3. Comment. pag.* 39. ordiendum: Secutum eſt Decretum Norimbergenſe Anno 1623. 6. Martii, cujus formulam exhibet Goldaſt. *d. l. pag.* 24. *& Collect. Conſtit. Imper. d. l. pag.* 150. Hoc per Epiſtolam Anno 1524. Idib. Julii emiſſam urſit Imperator, Sleidan. *lib.* 4. *pag.* 62. Quod poſtea An. 1526. in Comitiis Spirenſibus mitigatum; Sleidan. *lib.* 6. *pag.* 86. Rec. Imp. 1526. §. demnach haben wir 4. Quæ tamen mitigatio, turbidæ tum rerum Imperii fortunæ non incongrua, malo, ut eventus docuit, publico non diu duravit;

facto

facto enim novo Decreto Spiræ An. 1529. elifum, cujus ſumma in Sleid. *lib. 6. Commentar. pag.* 100. Rec. Imp. *d. Anni poſt princ.* Add. Thuan. *lib.* 1. *Hiſtor. pag.* 16. Contra quod primò nomen *PROTESTANTIVM* auditum. An. 1530. exhibita eſt Auguſtæ Fidei Evangelicæ Confeſſio nomine plerorumque Proteſtantium, ſed ſevero Decreto excepta, Sleid. *lib. 7. pag.* 114. *& ſeqq.* R. I. 1530. donec in Inducias Norimbergenſes à Carolo V. conceſſum fuerit; quæ omnia juſto ordine Autor hic perſequitur, & uberiùs Springerus ſive Syringus *th.* 9. 10. 11. & 12. Autor num. 6. *Inducias pacis* vocat, accuratius Inducias ſimpliciter, aut ſaltem belli, appellamus: nullæ enim pacis ſunt induciæ, ſed à bellum gerendo, non pacem ſuſtinendo, otia. Vid. Grot. *de Iur. belli & Pacis lib.* 3. *cap.* 21. §. 2. & §. 3. Gruterus *ad Livij lib.* 9. *Hiſtor. pag.* 156.

De modis componendi diſſidium in Religione ſatis plenariè agit Hortlederus *cit. loc.* De illis autem ad Num. 13. diſſerendum.

Erro-

Errorem Frideri ejuſque, ita vocat, Exſcriptorum, quem N. 7. carpit, vel, utpote in diſcurſu fortè illi non animadverſum facilè excuſabit, vel juſtè dictum defendet, qui adverterit, Friderum locutum de Conſtitutionibus de Pace Religionis in ſpecie dictis, Receſſibus Imperii inſertis; quas inter dubio procul illa de Anno 1541. prima eſt: ſeniores enim partim præparatoriæ ad Pacem Religionis Conſtitutiones ſolum ſunt; partim Receſſibus Imperii non incorporatæ, inter nuda Edictorum Reſcriptorumque nomina ſubſtitere; vim Legis Comitialis Pragmaticæ Publicæ nunquam nactæ ſunt: Plura petenda *ex Vol. I. Conſil.* Klock. *Conſ. 51. n. 253. & ſeqq.*

Num. IX.

Tranſactionis Paſſavienſis ætas & in publicis effectus: Paciſque Religionis An. 1555. Impium, rem non ſeriò & ex animo geſtam, aſſerere. Reſolu-

tionis Ferdinandeæ autoritas; Edicti Ferdinandei An. 1629. Pacis Monaſterio-Oſnabrugenſis; hujus contra Inſidiatores defenſio.

DE *TRANSACTIONE PASSAVIENSI* & inſecutorum temporum geſtis plura, quàm hîc factum, monenda fuiſſent; ſed de Pace, fermè non obſoletâ, remiſſivè agimus. Quæ itaque de eâ vi metuque extorta, adeoque injuſta: ſine conſenſu S. Pontificis inita, adeoque irrita, & cæteris, olim mota, à parte *Catholicorum* exponunt Scriptores Dillingenſes, Franciſc. Burgkardus; & de extirpandis hæreticis VVindemius: à partibus *Auguſtanæ Confeſſionis* Limn. *lib.* 1. *I. P. cap.* 13. *n.* 19. Syring. *de Pac. Relig. concl.* 15. *&* 16. *cum ſupra citat. commun.* Hic illud in Quæſtione eſt: *AN ET QVATENVS SVPPLICANTI pro Proceſſibus in Camera conſulendum, ſe ſuamque intentionem in jam memorata Tranſactione fundaret?* Sane inter annum 1552, uſque ad

1555.

1555. Actores rectè ex dictâ Tranſactione egiſſe; Cameram ad illam rigidè obſervandam ſtrictè obligatam fuiſſe; Legis inſtar illam ſervandam; docent verba Tranſactionis manifeſta §. und ſoll auch alles &c. ibi: Auch dem Käyſerlichen Cammergericht und Beyſitzern obgemeldter Friedens-Stand zu erkennen gegeben und bey ihren Pflichten befohlen werden/ ſich demſelben Friedens-Stand gemäß zu halten und zu erzeigen/ auch den anruffenden Partheyen darauff/ ungeacht welcher Religion die ſeyen/ gebührliche nothdürfftige Hülff deß Rechten mitzutheilen/ ꝛc. Secuta lapſo triennio Pace Religionis Auguſtæ inita, antiqua ſupplicandi, narrandi, petendique formula, factum nimirum Tranſactioni Paſſavienſi Pacique Religionis contrarium eſſe, uſu magis, quàm prudentia (nullius enim, vel olim, formula Sacramenti à Judice Cameræ & Aſſeſſoribus præſtandi, vel hodie, Conſiliariorum Judicii Imperialis Aulici de Paſſavio meminit) obtinuit: Conſultius quippe facturus, qui juſtitiam cauſæ ſuæ in Lege Publicâ, Comitiali, Pragma-

ticâ magis, quàm Tranſactione: Lege ſine exceptione juſta & inviolabili potiùs, quam Conventione: (cui non una labes, defectus, adverſitates objici conſuevere:) Conſtitutione pleniſſima felicius, quàm pacto Religionis ſecuritati vix adeo pinguiter conſulturo, fundaverit, uti adverſum etiam Illuſtr. D. Mauritio *in Diſp. de Receſſ. Imp.*

DE PACE RELIGIONIS ANNI cIↃIↃLV, ab utraque parte fusè, &, ſi certi Autores ſeligantur, nervosè diſquiſitum; memorante, quæ ad ſecuritatem & pericula ſua pertinebant, Apologia Auguſtanæ Confeſſionis. Eàm Legem Imperii fundamentalem ſanctè & inviolabiliter ſe ſervaturos ſpondent, Invictiſſimus Imperator *in Capitulat. art* 2. Conſiliarii S. Cæſ. Maj. Aulici, R. H. R. O. *tit.* 1. §. Und weilen dann 16. & Imperialis Cameræ Aſſeſſores, *in Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 57.

REM TAMEN SERIO & ex animo geſtam, negat Oſtermannus *in Diſput. Cam.* indicante Bœclero *lib.* 12. *Notit. Imp. cap.* 5. *pag.* 172. Conqueſti propterea ſunt

noſtra.

noſtrates: an itaque impunis cuique inde abeundi licentia permiſſa? an, quibus flagitii conſcientia ineſt, ut ait Tacitus, verba pacti jurisjurandique per varias artes mutare liceat? adeone fragili & joculari arena publica quies & Imperii Salus nitantur? Abſit; &, ſi civili non poſſumus, Divino Gentiumq. Jure violatorem perſequemur; *perjurus* enim *eſt*, ut inquit Auguſtinus, *qui ſervatis verbis expectationem eorum, quibus juratum eſt, decepit: DEUS, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit*, verba ſunt Iſidori, *ſicut ille, cui juratur, intelligit*, Grot. *de Iure Bell. & Pac. lib.* 2. *cap.*13. §. 3. Puffendorff. *lib.* 4. *de Iur. Nat. & Gent. cap.* 2. §. 5. add. Inſtrum. Pac. *art.* 17. Inſinuatio ejus Pacificationis per Decreta Cæſarea facta; quæ extant apud Goldaſt. Reichs-Satzungen *pag.* 288. & 289.

DE RESOLUTIONE, ut vocatur, FERDINANDI CÆS. in Auguſtanis Comitiis 30. Aug. 1555. data, integri in publico verſantur Libri: & egregia Conſultatio Petri Heigii *in Volum.* 1. *Conſil. Klockij Conſ.* 51. *n.* 256. *& ſeqq.* Formula exhibetur à

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Gold. *d. l. pag.* 283. & Dilling. *Adj. Litt. H. pag.* 30. Hodie præjudicio aliter cautum, neque publica ſalus in illa Reſolutione, facile jam deſerenda, quieſcit. Id autem memorabile, in prima Deputatione Cameræ in cauſa: Johann Pergners & Conſ. contra Burgermeiſter und Raht der Stadt Cöllen/ Referentem ſupplicanti petitum Mandatum non ſolùm abſolutè denegaſſe, ſed & Procuratorem, tanquam præſumptuosè allegantem dictam Reſolutionem, quæ nuſquam in Corpore Receſſuum Imperii reperitur, in pœnam aliquot marcarum argenti condemnaſſe: *Econtrà*, alterum Aſſeſſorem petitos Proceſſus non modò decreviſſe, ſed & à Procuratore nihil pœnâ dignum admiſſum, concluſiſſe. Acta plenaria leguntur apud Gylm. *Tom.* 1. *Symphor. part.* 1. *tit.* 3. *pag.* 160 *adusque* 177. Laurent. Reichwein. *in Formul. Supplicat. cap.* 2. *pag.* 109. *ad* 141. Ex quibus de validitate vel invaliditate ejus Reſolutionis in Judiciis Imperii æſtimata judicium faciendum.

Anno

An. cIↄIↄcXXIX. die 6. Martii *EDICTVM RELIGIOSVM FERDINANDI II. IMPERAT.* tum Victoris, auſpiciis promulgatum: exhibent illud Theatr. Europ. Caraffa *in Adj. German. Sacr. Reſtaur. pag* 3. *& ſeqq.* Dillingenſes ſuis Adjunctis addiderunt. Id claſſicum belli ſacri! Statuum Imperii Aug. Conf. graviſſimæ rationes (priori Seculo pleræque contra Proteſtantes in judicium deductæ & propugnatæ:) in adverſum conſignantur à Limn. *tom.* 4. *Addit. pag.* 161. Oldenburg. *Limn. Enucl. lib.* 1. *cap.* 11. §. 9. Quibus addendus non vulgaris judicii, & in ſuos magnæ fidei Scriptor Scipio Aretinus (qui, ſi alibi rectè conjectavi, Jacobus Lampadius eſt) in der gründlichen Deduction, wie es mit dem Käyſerl. Religions-Edict und der Geiſtlichen Vorbehalt eigentlich bewandt / ꝛc. Quæ cum Actis Publicis eò pertinentibus An. 1633. Francofurto prodiit.

DE PACE MONASTERIO-OSNABRVGENSI, valida vel invalida, licita vel ſecus, proteſtationibus, harumque remiſſionibus, impedimentis objectis,

periculis Sententiarum, & negotii ſatis, docent Acta: Erneſtus de Euſebiis perſecutus eſt *in Iudic. Theolog.* Caramuel Lobkowiz *in Pace Sacr. Rom. Imp. licita demonſtrata* & Celeberr. Conring. *de Pac. Civ. Proteſt. danda*, defenderunt: Imperator, Status, Confœderati, Compaciſcentes ſuâ auctoritate, poteſtate, vi ferroque contra Violatores, vel exteros, vel incolas, conſervabunt, *d. art. 17. I. P. §. 3. 4. 5. 6.* Et profectò: Si in ſe invalidam eſſe eam Pacem; ſi, initam non cooperatione alterutrius morali, ſed mera permiſsione interveniente; ſi ex eo ſolo juſtificandam, quòd minoris mali electio, & majoris neceſſariò imminentis evaſio, quæſita; adhuc hodie, ut ſit, animo pretioſæ paci inſidiandi, & ſperatæ alicui futuræ rupturæ peſsimam viam & calamitoſa argumenta ſenſim præparandi, publicè aſſerere licebit; quàm miſera erit alterutrius anima, quam precariò trahit; quàm lachrymoſa pax inter ſpeciem pacis dubium ferrum jugulo alterius feriendo ſtrictura; & ô deplorandam Remp. cui nec hoc datum, in ſecura pace mori poſſe!

poſſe ! Hæc & alia contra Pacem Sanctam ſiſtunt. Noſtri temporis Legem, quisquis es, obſervato ! De hac ita diſputare, irritare tanto cruore compoſita negocia, ſacrilegum: reliquis ex publico conſilium non deerit ! Nimirum, *impiæ ſunt opiniones*, (aſſumptis pro ſalute publica verbis Illuſtr. Forſtneri *ex Epiſt. ad Scip. Scaliger. pag. 17.*) *quæ alteram Imperio manum amputant; Pax religioni Imperatoris atque Ordinum ſancito data, ſine ſcelere, non modò non infringi, ſed nec attemperari poteſt; quæ in contrarium ſuperioribus annis diſputata ſunt, puto, morbos ſe non retinentium ingeniorum & Scholaſticorum πολυπραγμοσύνην fuiſſe: Neque hodie tam iniquis atque indomitis neceſſitatibus circumſcripti ſumus, ut Sanctam Pacem ferre non poſſimus*, vel injuſtum bellum metuamus; hoc quoque à cervicibus ſuis propellere parata utraque pars erit, ne ludibrio alterutri, vel joco ſit unquam, tranquillitas Seculi & Patriæ !

❧ (o) ❧

NUM. X.

Legiſlatio moderna definita: Definitio explicita. Contra Erneſtum de Euſebiis ſtrictè vindicata.

PACEM RELIGIONIS, *Conventionem unanimi Imperatoris ac Statuum Imperij de ſe invicem Religionis intuitu non turbandis conſenſu initam*, definit: Ut Pax Religionis Anni 1555. & Inſtrumentum Pacis convincunt, nimis inſufficienter & ſtrictè; nam non ſola prohibenda turbatio Pacem noſtram abſolvit: ſed vel maximè de Juribus Bonorum Eccleſiaſticorum; perpetua externi in Religione cultus inſtituendi poteſtate, & inſtituti rationibus, articuli hâc pacificatione continentur. Expoſuerunt alias definitiones Syring. *d. l. theſ. 13.* Maul. *d. l. tit. 2.* Roding. *lib. 1. tit. 6. §. 3. & alij.* Status rei, qualis hodiernus eſt, præſentiorem non immeritò requirit, quâ vocamus: *CONVENTIONEM LEGITIMAM, RATIONEM CULTUS RELIGIONIS EXTERNI, AB*

HOC

HOC DEPENDENTIVM BONORVM ECCLESIASTICORVM IVRA, ET PACIS EAPROPTER SERVANDÆ LEGES IN REP. GERMANICA PRÆSCRIBENTEM. *Conventionem* appellamus, quia reſpectus ad Compaciſcentes, Imperatorem, Imperium & Coronas Exteras; ſi ad parentes & ſubditos, publicam Legem Sanctionemque Pragmaticam his eſſe conſtat; add. *d. diſp. de Rec. Imp.* & Dilling. *Compoſ. Pac. cap. 4. quæſt. 25. Legitima* quoque nobis ſemper habita: tam ratione requiſitorum *externorum*; quæ & Juri Gentium & Romano congrua adfuere; quàm, ſive poteſtatem paciſcentium, ſive rei in pactum deductæ qualitates perpendas, *internorum*.

NEC MOVENT, quæ non citra diſpendium Boni Publici Euſebius credit: *PACEM HANC cooperari Hæreſi*: cui enim, mî Euſebi? nominanda illa, ſi poteſt, non convulſis DEI & Reip. Juribus. *INIVRIAM inferre veræ Religioni* ais? Quid? Ergone de re confeſſa, convicta, notoria, ſermo eſt. Jus hic uſurpatum omnium Religionum in omnes; quisque

ſuam

ſuam ſua libertate veram crediderunt, & adhuc credunt, falſitatis damnari ab adverſariis neſcientes, ſalvo jure judicaturi DEI. *ESSE CAVSAM perditionis animarum:* Ergone Pax Politica trahit ad inferos? an, quia ſinguli Pacem obtinuerunt, omnes ad gehennam ruent? an Bonorum, de quibus hic actum, cum anima & beatitudine ejus æterna ſocietas eſt? an, ut Bona retineamus, Cœlum aſpernabimur? *VSVRPATIONEM ESSE poteſtatis non competentis*, ſed, an hic aliquid de articulis fidei pronunciatum? an DEO adempta, quæ ſunt DEI? (Terra omnis, quanta eſt, DEI eſt; proprietas illi ab homine donari legarivé non poteſt; ſolum religioſum cultum in ſincera pietate exhibere poſſumus; reditus certè hominum erant, pro hominibus & horum ſalute æquiſſimè alienati;) Nonne de ſolis Bonis Eccleſiaſticis Cultuque externo, qui Majeſtati ſemper inſtituendus competiit, (Lampad. *de Rep. Rom. Germ. part. 1. §. 20. & ſeqq.*) ut & Societatis Civilis conſervatione tractatum? *REPVGNARE OFFICIO & iuramento Cæſaris, Statuumque Catho-*

Catholicorum, maximè Epiſcoporum: ſed cui? an Reip. an Summo Pontifici debito? DEO ne, an privatæ devotioni, intereſſe unius partis in partem aſſumpto; Dominove alii præſtito? *ESSE FRVSTRATORIAM*, *ipſoque bello periculoſiorem*: id ex facto eſt; ne autem ſit, jubeat Numen, Vindex ſcelerum! *ROMANORVM PONTIFICVM Suffragio deſtitui ac damnari*: non dubitatur; ſed, an Judicum, an ut partium? (Syring. *d. l. th. 16.*) Forſitan tamen lapſo Seculo mitiores fuimus; cùm Pax Auguſtana Ferdinandéa concluderetur. *SANCTORVM PATRVM* quoque, addis, *& Veterum Doctorum*: an hi maximè pacificanti Europæ de Bonis Eccleſiaſticis terminos poſuere? Nec forſan antiquiſſimi ita abhinc alieni, ſicut ſequiores: ferendum damnum privatum, quod licet ratione unius vel alterius, ut ipſe putat, aliquod ex iniquo habet magnum exemplum, utilitate tamen publicâ rependitur. Cujus rei in argumentum venit de Ἐθελοθρησκείᾳ ſcripta *l. 9. Cod. Theodoſ. de Malefic. & Mathemat. Tom. 3. pag. 129*, à Jac. Gothofredo expli-

explicata; aliæque complures priſcorum tum Imperatorum manſuetæ Legislationes. *Denique*, quoties Patrum noſtraque memoriâ Monarchia Gallica cum Proteſtantibus de Pace Religionis Civili æquis modo, modo & iniquis conditionibus tranſegit? Unde illi poteſtas? Illane ſola libera? Germania ſola ſerva, à quâ fatalis interitus aliquarum terrarum diſpendiis non redimendus?

Rationem Cultus Religionis Externi præſcribere, putavimus; non Interni; ne quis dicat, poteſtatem hanc paciſcentibus fuiſſe arreptam, non datám & competentem; vel de aliquo alio ſtatuiſſe eos, quàm quod Jura Principum Chriſtianorum circa ſacra conſtitui permittebant; *Rationem* quoque deſignavimus; nimirum ſolam Politicam, qua initâ, tranquillitas Reip. reddi, cives diverſæ religionis in concordiâ cohabitare, bona vel quæ nunc ſunt, vel fuerunt Eccleſiaſtica adminiſtrari, Jus territoriale Reformandi, & quæ alia ſunt circa Eccleſiaſtica, exerceri, omnes in ſalutem publicam operari poſſent & deberent: de *Theologicis*

gicis momentis, veritate unius vel alterius præ altera religione, nihil ad deliberationem, nihil ad deciſionem evocatum, nullius proinde ex ulla parte Theologi conſenſus requiſitus fuit; nullius neceſſarius habitus; nec diſſenſus Pacis Publicæ vincula concordiamque ſolututus, rupturusve creditus. *Iura bonorum Eccleſiaſticorum à Cultu & Statu externo dependere*, fortè non inique exiſtimatum: quæ enim bonorum & tenuis glebæ cum veneratura DEUM ſuum anima neceſſaria communio? Et quàm planè diverſa ſunt, Adoratio Numinis, Cultus internus, & acceſſoriæ Principatuum, &c. poſſeſſiones: fides de illis, & judicium de his. De *Pace* ipſa ſupra dictum, & mox plura. *Præſcriptam* eſſe, fini adjectum: & id cum adjecta Sanctione Magiſtratus Politici: Si *Confœderatus*, ipſi ſe ſuaque conſervandi remedia deſignata; ſi *quis* ex Rep. noſtra *civium* lædens læſusve, neque huic auxilium dediſſe, & in illum dignè animadvertere non oblitum fuit *INSTRUMENTUM PACIS*,

Num.

NUM. XI.

VIx eſt, ut accuratè locutus largiri poſſit, tres eſſe ſpecies Pacis Religionis, cùm nunquam ſpecie differant, & una altera tantum ſenior, ſecurior, plenior & perfectior deprehendatur. Tranſactio Paſſavienſis ſuo quoque loco Hiſtorico, jam equidem, relinqui potuiſſet; licet enim in Inſtr. Pac. *art. V. §. transactio 1.* confirmetur, adeoque in modernis Conſtitutionibus Imperii ſub verbo Pacis Religionis comprehendi poſſit, plerumque tamen tantum Pacis ipſius & Inſtrumenti, imo hujus ſæpè ſolius, mentio fit; idque vel ideo; quia manifeſta eſt inter Tranſactionem & Pacem, etiam in communi Jure, differentia; vel, quia, ut ſupra dictum, nonnihilum aliqui illa in Tranſactione deſiderant, ſaltem ne ſub eminentiori titulo Pacis Religionis, Res toties mutata, veniat, impediturum. Satius itaque duas de Jure Religionis Civili *Sanctiones Pragmaticas* ſtatuimus; aliam *veteris ſeculi*, aliam *præſentis*; aliam inter *Ordines Imperii inter ſe* erectam, aliam *inter-*

intervenientibus Exteris de ſtatu *Religionis externo* ſancitam. Vid. Inſtr. Pac. *art.17.§. Pro majori 2*, & Forſtn. *Epiſt. 3. ad Scalig. p.37.*

NUM. XII.

Religionum Tituli: Confeſſiones: Prærogativæ; Poſſesſionisque titulus: Neminem in Lege noſtra damnatum. Iura Reformatorum: aliorumque. Iura pactorum inter tres Religiones initorum. Qui ſub Proteſtantibus ſæpius comprehenſi.

HOdie in Imperio Romano - Germanico pro concordia civium roboranda ratione Status Politici, tres exercentur, docentur, diſcuntur, Religiones: *CATHOLICA*, *AVGVSTANAE CONFESSIONIS EVANGELICA*, & *REFORMATA*. Hinc non unum dubium ſubortum:

Primum; *AN HAEC PRAEDICATA: Catholica, antiqua Religio, antiqua Fides*: (Dilling. *cap.* 11. *n.99.*) Itemq; Evange-

lica, Reformata, & his opponi ſolitæ minus honorificæ appellationes in præjudicium ſummæ rei, vel alicujus ex partibus eniti poſſint, vel valere debeant? An magis uſus cauſa (ſalvo jure in ſe, ſalva & cuique de ſua religione liberrima ſententia) *retenta, in univerſum nemini vel profutura vel nocitura?* Porrò, *præjudicetné nominationis ordo alicui ex partibus? An verò is Scriptorum arbitrio relictus?* Quod æquius & magis pro Pace Publica; cùm non credendum, Suecos & Proteſtantes vel limina ſaltem Pacis calcaturos fuiſſe, ſi per titulorum nomina, aut conceſſam amicabilem præcedentiam, Juribus Conſcientiæ ſuæ, & publicæ æſtimationis excidere ſe poſſe, divinare potuiſſent. *Alterum* belli per novendecim annos geſti fomes eſt; *QVIS AVGVSTANAE CONFESSIONIS Evangelicus verè & propriè dicendus?* (Hos enim, de Evangelicis loquimur, Auguſtanam Confeſſionem mutâſſe, in articulis variaſſe, eoque beneficiis Auguſtanæ Pacis ipſo jure excidiſſe, ante quinquaginta annos evulgatum; magnis ſtudiis, inter togatos, per Dillingenſes ab una, & Auctores

res Apologiæ Auguſtanæ Confeſſionis ab altera, partibus, poſtmodum & armatos, per Germaniæ Ordines, disceptatum:) Funus grandibus impenſis, majori luctu, liti ductum. *Quis Reformatus? Illum* manifeſtabit Auguſtana Confeſſio non variata, Formula Concordiæ hujusq; Apologia. Si res dubia, Imperator cum Statibus Imperii quæſtionem in Comitiis ſolvent. Ita Domini Catholici in Catalogo Discrepant. art. 18. §. 2. Wer der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethan ſeye / oder nicht / gehöre der Käyſerlichen Majeſtät und geſambten Reichs Ständen zu erkennen: *Hunc* Profeſſionis fidei à Palatinis publicatæ character, Reineri Bachovii, aliorumque, Catechetica.

Tertium à Dillingenſibus movetur; cum Iura & Beneficia Imperialia Auguſtanæ quoque Confeſſioni tributa; *AN IDEM POSSESIONIS, titulus honoresve? An Catholici ſua ex jure communi & antiquo, adeoq; proprio jure; EVANGELICI, ex privilegio, & jure ſpeciali, ſive ex permisſione à Catholicis; REFORMATI autem, ut inpoſterùm tolerandi, teneant?* Olim affirmabant; ho-

die negant ferme non omnes: Id absque alterutrius partis oftenſione, *ſi impetrata jam*, non amplius *impetranda* Imperii Iura conſiderentur, fieri non poſſe: Statum temporis ante Tranſactionem Pacemq;, ab eo, qui poſt Legem ſecutus fuit; diſcernendũ: *Evangelicos* invitos permiſſionem juris, belli Iure & Pacis artibus quæſiti & defenſi, audituros: *Reformatos*, cum indignatione, tolerationem; cùm hodie non ex beneficio, ſed jure perfecto; non inter impares, ſed pares; non inæquali, ſed æquâ juſtitiâ, quicquid Lex dedit & Iuris effectus, poſſideant: affirmantes.

Id quoque motum, NON VIDERI *Imperium*, hanc Pacificationem acceptando, *prorſus alienum ab opinione eorum, qui exiſtimant: patere cuique fidei ad cœlum ſemitam; aut aliquem*, ita appellant, *Syncretiſmum non obſcurè foviſſe*: interpellante ita Waremundo von Friedberg ad Burgoldenſ. negante ſimpliciter Hobbio. *Verùm* hic nihil actum de internâ Divini Cultûs veritate, ſed externa: actum de quiete Imperii, non de cujusvis conſcientia & opinione privata; de procuranda pace, non

non Articulorum fidei deciſione. Alia Apoſtolis, & primitivæ Eccleſiæ Patribus, de una Eccleſia perorantibus fuit cum Gentilibus Diſputatio, & ſui ſuorumque cum ipſis comparatio; alia inter tres Religiones, Chriſtianas omnes, &, ex Symbolo Athanaſii quoque, Catholicas (vid. eleg. Diſſert. Daniel. Heider in der Reichs-Vogteyiſchen *Apologi pag.* 149. *cap.* 2. & Interventionem Evangelicorum in Comitiis Auguſtæ Tiberii unanimiter factam, & A. 1678. menſe Majo per Dictaturam communicatam) loquendi ratio uſurpanda. Una eſt Chriſtianorum fides in univerſo: in quibusdam, ſinguli diſſident. (Fr. Bacon, de Verulamio Sermon. Fidel, 3.) Si quid omninò dicendum, non id dicemus, ſuppoſitum, omnes *ſalvari*, & in omni religione ſingulos; id autem: *non* omnes fore *damnatos*; quia nec ille damnandi locus, nec tempus competens; res etiam acta inter æquales Compaciſcentes, quorum neutri in alterum, alteri' corpus vel animam, ſententia decretoria decernendi poteſtas erat. Si *univerſos* ſpectes, in hoc negocio

cio Politico quisque pro ſe æquè juſtus ad Tractatus acceſſit; quia juſtitia fidei ſuæ nemo tum ſententia Judicis hominis, qui non dabatur, aut agnoſci non poterat, exciderat: Et in conſummatione Seculi demum ſententiam pronunciaturus erit Filius DEI JESUS CHRISTUS. Si *ſingulos*; iniquum hominem de alterius æternis, ſalute, vel damnatione, judicare; proximum à vita cœleſti, quam nemo eorum, qui in his terris ſumus, tam qui damnant, quam qui à concive damnantur adhuc vivit, & in cujus poſſesſionem nemo noſtrûm hactenus ex ſecundo DEI Omnipotentis Creatoris Cæli & Terræ Decreto miſſus eſt, ſatis ambitioſé excludere; cùm & proximus tuus credat, *Spiritum DEI teſtimonium redditurum ſuo Spiritui, ſe quoque eſſe filium DEI; ſi filius eſt, ergo & heredem eſſe.* (Rom. 8. verſ. 16.) *Quis accuſabit autem electos DEI? DEUS eſt, qui juſtificat; Quis eſt, qui condemnet? CHRISTUS JESUS, qui mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui eſt ad dextram Patris, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergò nos ſeparabit à charitate*

ritate Chriſti? Rom. d. cap. 8. verſ. 33. 34. 35.) Et ſanè memoratione dignum eſt Thomæ *BROVVNEI*, Viri ſibi relicti, & profundam inter indignationem luctuoſas illas litigationes deplorantem, mirantis, effatum: *Cœlum*, (inquit *in Relig. Med part. 1. Sect. 55. pag. 305.*) *quod nobis pollicita eſt Divina benignitas, opinionibus noſtris & dogmatibus ipſi nobismetipſis certatim præcludimus: Sanctum Petrum non unicum eſſe oportet; à ſectis & Eccleſiis Particularibus occupantur portæ cœleſtes, aliique vicisſim ab aliis introitu prohibentur. Cœlum omnes petimus invitis & indignantibus aliis; vereorq́, ne ex minore, dubium, charitate, an majore ignorantia, non tantum in noſtræ, verùm etiam alienæ ſalutis fundamentalibus erretur.* V.) *de Iure REFORMATORVM* ante Inſtrument. Pacis: *utrum illi ſub Pace Religioſa comprehenſi fuerint, nec ne?* loquuntur Acta Publica Imperii, (vid. Edict. Relig. 1629. §. Wir wollen auch &c. Reſolu. Stat. Aug. Conf. de An. 1566. *ap. Gold.* Reichs Satzungen *pag. 294.* Lehmann. *de Pac. Relig. lib. 3. cap. 37.*) Cameralia; *ad Ord. Cam. p. 1. t. 3. §. 2. n. 110. & ſeqq.* nobis citata.

Scriptores Catholici; (Otto Melander *ad Meur. de Pac. Relig. n. 5.* Lindenſpür *in Anal. Pac. Relig. §. 4.*) Evangelici. (Apolog. Auguſt. Confeſſ. *cap. 26. pag. 287.* Cranius *de Pac. Relig. part. 1. th. 13. pag. 125.* Syring. *th. 21. lit. b.* Rumelin. *ad A. B. part. 3. Diſſert. 2. Coroll. 2. pag. 659.*) Unus in ſtar omnium legi hîc meretur Johann. Crocii pro Religione Reformata Anno 1645. editus libellus, cujus diligentiæ, dum publicorum, tum privatorum documentorum collectionem, Juris ſcripti interpretationem & non ſcripti deductionem, memorata Confesſio debet. Pro ratione Statûs moderni de artic. VII. J.P. eruditè Burgold. *part. 2. Diſc. 22. pag. 242.* commentatus eſt.

Addit Autor: (VI.) cœteri Sectis adhærentes excluſi ſint: (ita enim legendum, non, cœteris.) *QVID ITAQVE DE HIS, QVI ex tribus Religionibus unius partes aliquas, neutrius integram fidem profitentur?* Vid. Bertram. *de Pac. Relig. th. 31.* Cran. *de P. R. part. 1. problem. 14.* Myler. *ad Rumelin. d. part. 3. Diſſert. 2. Coroll. 2. lit. b.*

(VII.)

(VII.) Salva ſunt Statuum Proteſtantium inter ſe & cum Subditis de Religione, ejusq; exercitio, ut & inde dependentibus, conventa, conceſſa, redditæ, pacta, privilegia, reverſales, &c. J. P. *art. VII. §. 1.* *AN ITAQVE SECVS de pactis inter Proteſtantes & Catholicos conventis?* Ita videtur, de præteriti temporis, non futuri; J. P. *art. V. §. Pacta autem 33. Excipit* Sereniſsimus Elector Brandenburgicus Fridericus wilhelmus, cauſam Succesſionis Clivenſis, & Religionis ejus Provinciæ ſubditorum, in Manifeſto An. 1651. publicato: Weil die Friedens-Tractaten die Conventionen des Jahrs 1647. nicht auff heben können / weil nemblich die Gravamina Religionis in den Gülichiſchen Landē zu den *Gravaminibus Imperii* niemahlen gehörig geweſen / auch zu dem Krieg im Römiſchen Reich keine Urſach gegeben / und alſo duplici ratione per generalem diſpoſitionem ſuper Gravaminibus Imperii ihre Erledigung nicht haben können etc. Negat contrà *Exceptionem* Princeps Palatinus Neoburgicus in Edicto 7. Martii Anno 1651. Düſſeldorpii edito: Daß alle

Pacta, Reverſales, Contractus und Tranſactiones, welche an einem oder andern Ort vorhin auffgerichtet / und der Regul und Obſervanz des 1624. Jahrs zu wieder ſeind / nicht hinderlich / ſondern gäntzlich *annullirt*, auffgehoben und ungültig geachtet werden ſollen. Acta extant in Theatro Europæo Continuato ad Annum 1651. & præcipua tangit Burgold. *ad Inſtr. Pac. part. 1. diſc. 32. §. 4.*

Unde ſubortum ingens & memorabile inter Principes dubium: *VTRVM RESTITVTIO & diſpoſitio legis quanta eſt, tanta juxta formam gravaminum vel Imperii univerſalium vel Provincialium particularium; itemque eorum quæ univerſali funeſtæ bellorum flammæ materiam ſubminiſtravere, vel ſecus: dijudicanda, intelligenda: interpretarive eam, quis poſſit, vel debeat?* Lege loquente, ſecure privati ſilent. VIII.) Ex antè-memorati Inſtr. Pac. art. VII. maneſeſtò apparet, titulum *Proteſtantium* non ſolis, ut opinantur, Evangelicis, ſed utriſque, tam Auguſtanæ Confesſionis Evangelicis, quàm Reformatis, in Conſtitutis Imperialibus & Hiſtoriis Germanorum tribui. NUM.

Num. XIII.

Concordiam Eccleſiæ à DEO OPT. MAX. votis expetendam: Monita ad cives; diſcordes: concordes: horum cautela.

DE ratione *CONCORDIAE ECCLESIAE* Chriſtianæ ſecurâ & ſolidâ incundâ, quædam data ſunt *generalia* præcepta, quædã *ſpecialia*, de ſingulis fidei articulis componendis informantia. Inter *illa* præeminet Officiũ Pii Viri in hoc Religionis disſidio Georgii Caſſandri, *in Ejus Operib⁹ Pariſiis editis p. 781.* Jac. Aug. Thuani *in Præfat. Hiſt. ad Henr. IV. Gall. Regem.* Gold. *Polit. Imper. part. 28. n. 1. & 3. pag. 1300. &c.* & de Unitate Eccleſiæ fideles ſermones Fr. Baconi de Verulamio in *cap. 3. de Inter. Rerum. Specialia* continentur in Conſult. de articulis fidei inter Catholicos & Proteſtantes controverſis laudati Caſſandri *in Oper. d. loc. pag. 909.* D. Joh. wolffg.

Text,

Text. *de Rat. Stat. Imp. Germ. cap.* 21. Utrisq; adde Deſiderium Concordiæ Eccleſiæ Georgii Calixti: D. Sebaſt. Schmidii, *Prof. Arg.* ad Catholicos & Reformatos editas Admonitiones, & Adolphi Godefridi Voluſii, ad Principem Chriſtianum Ludovicum Megapolitanum, ſcriptã Auroram Pacis, non ita pridem refutatã &c. *Locus* tractando negocio Concilium Univerſale vel Nationale deſignatus; *Via* ubique præſcripta amicabilis; *Succeſſum* Acta Colloquiorum, Concilii unius, imò & Discurſuum e. g. inter Lotharingicum & Badenſem Principes; omnia, tum Superioris Seculi, tùm præſentis, cui vivimus, ætatis, nunciavit Hiſtoria, Sapiens intellexit. Plura non addenda: Hic enim *Mare* profundum & plerisquePoliticis (Laicos vocant) hinc ſubortum grande *infortunium*, & mox flebile *naufragium*. Id autem: ad *DEUM OMNIPOTENTEM*: *Benedicas populo tuo DEUS, ut, ſi Tibi, Pater, videbitur, unus ſit paſtor & unum ovile* (Joh. X. verſ. 10.) *& qui in Chriſto baptizati ſunt, omnes quoque unum ſint in Chriſto Jeſu: Si Chriſti; ergò &*

Semen

Semen Abrahæ & ſecundum promiſſionem heredes. (Galat. 3. verſ. ult.)

Ad Germanos, *CONCIVES*; *DISCORDIAM AMANTES*, quibus zelo fervidis, omnis *Pacificationis* mentio eſt odioſa; & quæſituro *numnam Pax Jehu?* regerent: *Quid tibi cum pace? vade poſt me*, (2. Reg. 9. verſ. 22.) reminiſcerentur, *Eos, qui conſcientias premi iisque vim inferri ſuadent, ſub illo dogmate cupiditates ſuas ſubtexere, illamque rem ſua intereſſe putare*, (Bac. de Verulam. *d. ſem. 3. in fin.*) ſaltem id à ſe impetrari permitterent, ne fides, ſententia, Civis *privata* in ſalutis *publicæ* everſiones graſſentur; Pax civilis, contra, animo & Conſiliis, qua publicis, qua privatis ad gloriam *Dei & Eccleſiæ* emolumenta, roboretur: Memores, bellis Schmalcaldico & generali tricennali nihil actum; principium ab una alterave parte deſcendiſſe; in utriusque miſeriis ſtetiſſe, ſemperque alteram alterius ingentis ruinæ parvam acceſſionem fuiſſe,

Cum peritura ſuo fureret Germania ferro,
Ipſa latro, buſtumque ſibi, fœdumq; cadaver.

Nec quid altius novas diſcordias & ter-

tios

tios ferales congreſſus meditantibus, præter id unum, impetratum fore, nimirum, ut patriam ſuam, *in micantes ubique gladios* (ut Seneca *de conſt. ſap. cap.* 5.) *& militarem in rapina tumultum, in flammas & ſanguinem, ſtragemque impulſæ civitatis, in fragorem templorum ſuper Deos ſuos ruentium*, præcipitem agerent; Rariſſimo, & eheu! nullo ullius Religionis compendio.

Ad *CONCORDIAM DESIDERANTES* in Eccleſiâ: caverent ſibi; ſi qui ſunt, ab *Vnitate adulterina*; hujus enim duæ ſpecies; *Altera*, Cum *pax* ignorantiæ tantum implicitæ innititur: Coloribꝰ enim omnibus in tenebris bene convenit. *Altera*, quæ conſuta eſt & ſarcita, expoſitionibus ex diametro inter ſe contrariis: in Capitibus nimirum fundamentalibus. *Veritas* enim & *falſitas* ſimiles ſunt *ferro* & *luto* in digitis pedum Imaginis, quam in ſomnis vidit *Nebuchadnezzar*; Adhærere ſane poſſunt, incorporari non poſſunt. (Illuſtr. Verulam. *d.cap.* 3.*pag.* 18.*in fi.*) De cœteris ad negotium facturis, Vid. Frider. von Landskron *in Reform. Sigism. cap.* 3. §.10.

§. *10.* apud Goldaſt. *Statut. & Reſc. Imp. tom. 1. pag. 172.* Illuſtr. Dom. Aſſeſſor Schüz *Man. Pacif. Quæſt. 20.* Faciunt & huc priſcorum Cæſarum *Edicta Henotica* in *leg. 38. Cod. Theodoſ. de Hæretic.* & ſubjunctis Gothofredianis adnotata.

NUM. XIV. XV. XVI.

VIolentiam omnem viamque facti ab utrâq; parte debere abeſſe, abfuturamq;, R. J. *de An.* 1555. §. *15. & 16.* præcipit: repetit Inſtr. Pac. *art V.* §. *Transactio 1.* Auguſtanæ Confesſioni addictos ſolos Evangelicos eſſe, interpretatur Autor: rectè, ſi de Statu Pacificationis Superiori Seculo initæ Quæſtio eſt; ſecus ratione Inſtrumenti Pacis in utriusque Confesſionis Religiones valituri. De adjecta pœnali Sanctione ſuo loco docebitur. De Commendatoribus dictum *in Vindic. Tit. 27. n. 35.*

NUM. XVII.

Complexus titulorum, Auguſtanæ Confesſionis, & Evangelicorum.

Duo

DVo præcipue hic adverſione digna: *alterum*; ſub Evangelicis latè dictis Reformatos comprehendi. Id verò ita ſit; Sunt autem, qui duas Quæſtiones adnotant: *unam*, an ſub Auguſtanæ Confeſſionis civibus Reformatos complecti liceat? & *alteram*, an ſub nomine Evangelicorum veniant? Affirmant Domini Reformati apud Croc. *cit. lib.* Negant Evangelici, ut vocant, Lutherani; Vid. Acta Polemica inter Paræum, Hoſpinianum & Hutterum, quæ produxit celeber Lanſius *de Cura Religionis. pag.* 24. *& ſeqq.* Res non eſt hujus loci & vocationis; Supra enim jam dictum; Titulos nihil ſummæ rei addere vel detrahere. *Alterum* eſt; de introducta exacta ac *mutuâ* inter *utriusque Religionis* Status omnes & ſingulos *æqualitate*, quatenus formæ Reipublicæ, Conſtitutionibus Imperii & præſenti Conventioni conformis: de *poſteriori* loquuntur Leges Imperii: de *forma Reip.* id eſt, de potentia Catholicorum in dirigendis Imperii negociis præ Auguſtanæ Confeſſionis Statibus eminenti uſurpata, Sprenger, *cap. 23, Font. Iur. Publ. pag. 256, adusque 266.*

NUM;

Num. XVIII. XIX.

Termini Reſtitutionis &c. Bonorum Eccleſiaſticorum & æſtimandi Exercitii Religionis. Principium; fundamentum hujus Conſultationis, & Conjectura legalis. De ſubordinandis Pacificationibus ſibi invicem. QVID de Projectis in Tractatibus exhibitis? De Civibus alius Religionis An. 1624 in Senatum allectis. De tranſitu per Cœmiterium. Qui in §. 13. art. V. aliunde reſtituendi. De clavibus templorum: claudendo tempore Quadrageſimali laniario. Quæ intuitu Religionis mutata? Quis Iudex Litis? Eventus? Exemplum.

LOcus hic de *RESTITUTIONE BONORUM ECCLESIASTICORUM* tempore Tranſactionis Paſſavienſis à non-Catholicis-Romanis poſſeſſorum, vel poſteà occupatarum, ex quo Edictum Ferdinandèum noſtro Seculo ortum, tuendæ publicæ ſalutis cauſa rectius omiſſus fuiſſet; non tam, quia odioſa inde natæ miſeriæ memoria, quam quia plane per Inſtrumentum Pacis ſublatus eſt; refricaſſe autem priſtina, non ex noſtræ Reip. commodo. De deſignando *termino Reſtitutionis à quo*, commendari debent *Projecta & Exemplaria* Deliberationis in Conventu weſtphalico inſtitutæ, typis publicis partim edita, partim manuſcripta; quorum illa vaga manus congesſit; pauca vaga Theatro Europæo inſerta. Hæc noſtræ Informationi (debemus autem nonnulla Schedis *CLEMINIANIS*) deſtinanda. Exempla Uſus congesſit Burgold. *part. 2. diſc. 6. pag. 48.* &, ut ſolet, vim agendi rerumque ſtatum aperit Forſtnerus *Epiſt. ad Scalig. 2. pag. 26.* Acta inter Reginam Sueciæ & Galliarum Re-

gis

gis Legatum (Memoriæ appellantur:) Idiomate Gallico noviſſimè publicata.

PRINCIPIVM autem univerſæ hujus Conſultationis unum id & ſimplex, Divini Humanique Juris aſſenſu ſtabilitum, præſuppoſitum: ut, *quod juris quis in alterum ſtatuerit, eodem & ipſe jure utatur: quod tibi non vis fieri, alteri ne facias: QVOD VNI RELIGIONI IVSTVM ET ÆQVVM EST, ALTERI QVOQVE TRIBVATVR, NISI LEX EXPRESSA IMPERIIVE PACTA REPVGNENT.*

SVBSIDIVM; *Conjectura legalis* eſt, ſcilicet: pateſcere ex Actis Pacificationis, ejuſque confectæ Tabulis, tam in Reſtitutionibus & Retentionibus bonorum Eccleſiaſticorum, Exercitiique Religionis juribus, quam omnibus Pacem Religioni dandam concernentibus articulis, leges ſcriptas generales, clauſulas adjectas Confirmatorias, & reſp. Caſſatorias, exceptiones vero ſpecialiter expreſſas, eo Fine, ut quantum per Pacis naturam licet, quibuscunque cavillationibus una Univerſali definitione occurreretur; exceptiones, niſi ſpecifice com-

prehenſæ, penitus reſcinderentur, ne (ut ſenſ' erat Dnn. Evang. in dictato 14. Nov. 1655 Francofurti:) vel per directum vel indirectũ nova diffidentiæ, disſidiove inter Status inter ſe, vel eos & ſubditos occaſio relinqueretur; Unde Regula: *Legi, quandocunque generaliter diſponit, generaliter etiam, & ſine æquivocatione parendum: Exceptionem nullam, niſi legi inſertam, fingendam, minus admittendam.* Quæ & in Conventu Deputatorum adprobata eſt.

Wie dann (hæc Verba erant:) nicht weniger aus dem Friedenſchluß ſelbſt / alß den vorhergegangenen Tractaten wahrzunehmen / daß der hohen Hn. Paciſcenten Intention geweſen / den reſtitutions Puncten dergeſtalt in genere abzufaſſen / daß allen und jeden damahligen und künfftigen Beſchwärden unter Catholiſchen und A. C. Reichs und Landſtänden / ohne Exception und andere Prætexten auff einmahl abgeholffen / und auch alle Diſputat und Mißtrauen ſolt außgerottet werden ꝛc. und dahero nicht zu vermuthen / daß (ſo viel möglich / einiger fall / ſi id addere licet:) davon außgenommen / und deſſen deciſion

unter

unter ſo weitläufftigen deductionen und ſehr diſputierlichen Principiis gelaſſen worden.

FUNDAMENTUM; *Articulus Quintus Inſtr. Pacis.* In hoc Imperii civibus maximum præſidium. *Pax Religionis* lapſi ſeculi, & *Tranſactio Paſſavienſis* in ſubſidio ſunt; hac ſubordinatione, & his ordinibus: Ut, ubi *nova* noſtra *Lex loquitur*, ſive confirmando, ſive reformando, ſive decidendo, habeatur pro perpetua priorum declaratione. Art. V. §. 2. ibi: *quæ vero de nonnullis in ea controverſis articulis hac tranſactione communi partium placito ſtatuta ſunt, ea pro perpetua dictæ pacis declaratione, tam in judiciis, quam alibi obſervanda, habebuntur*. Ubi *ſilet*, *vel non manifeſto contrarium diſponit*, ſuccedat ſæpe memorata *PAX AUGUSTANA*; prout controverſiæ, de Poteſtate Status in Statum, ſubditorum erga Magiſtratus, Hujus in illos, ratione Religionis exercitii, in Comitiis, & judiciorum Curiis ventilatæ & deciſæ, docuerunt. *QUID SI ET hæc ſileret?* ſequendum *TRANSACTIONEM PASSAVIENSEM*, non quidem *in ſe* conſideratã,

(nam, præter illi, ſupra notata, objecta dubia, manifeſtum eſt, Legem Imperii, quia nec ab omnibus Imperii Statibus de ea cum Cæſare conventũ, nec ab omnibus, vel nomine omnium, ſubſcripta, aut ſigillis roborata erat, ut reliquæ, appellari non poſſe:) ſed quatenus ea Legibus Publicis & ſolemnibus, more, ritu, & jure Majorum publicatis Conſtitutionibus *confirmata* eſt. Si diſplicerent hi *Lectori* ordines, malletque Fundamentum in ipſa Pace Religionis de anno Quinquageſimo quinto jactum & conſtitutum; quæ ſuperſtructa, ex Inſtru. Pacis petita; ut in Deputat. Francof. ejus rei mentio incidit; non reſiſto, nam & hoc non diſplicet; *Superioris ætatis conventiones & leges de Pace Religioni data per omnia & in omnibus ſervandas, niſi quid noviter aliter conſtitutũ oſtendi poſſit*, dici. Prior autem methodus ſcopo conſultantis vicinior eſt; *SED AN HIS SOLIS limitib9, trinæque pacis ordinibus omnis ſubordinatio concludenda? AN NON SVPERIVS allegata Projecta Protocolla, Declarationes, Inſtrumenti præſentis ſenſibus admovenda*? ſi conciſos ejus

ſen-

ſenſus *planiores & prolixiores* exhibent, docendo & explicando magna utilitate ſubventura, facile judicatu. *QVID SI DE RESERVATIONIBVS, clauſulis, in Projectis expreſſis, in Tabulis autem omiſſis; itemque, DE PVNCTIS PRÆTER Legem vel contra eam ex illis prætenſis, quæratur? AN ILLÆ NIHILOMINVS vim roburque, niſi illis ſpecialiter renunciatum ſit, habebunt? AVT IN HIS tanta Projectorum authoritas?* Eſt de hac notabili lite in Conventu Francofurtenſi inter utriusque Religionis Procerum Legatos, argumento cauſæ Hildeßheim contra Hildeßheim prolixe actum: *Evangelicis* pro ſe Projectum 9. Martii 1647 Oſnabrugis Cæſareis Plenipotentiariis exhibitum, clauſulamque præjudicialem, cui non renunciatum, repetentibus; *Catholicis*, nihil, niſi quod pacti leges enunciarent, admittentibus. *Reſponſum* memoratu dignum in hunc ſenſum exciderat: Die vorgeſetzte Opposition, daß über die aus dem exparte der Herren Augſpurg. Confesſion Verwandten Ständen den 9. Martii Anno 1647. zu Oßnabrügg den Käyſerlichen Plenipoten-

tentiariis übergebenẽ project außgeſtriche‑ne und verworfene præjudicial clauſul kein expreſſa renunciatio vorgangen. ꝛc. bedarff keiner refutation, dann der Art. XVII. Inſtr. Pac. in pr. Pacem *HOC MODO* concluſam &c. beweiſet genugſam / daß dergleichen ſubtilitäten keines weges ſtatt haben können / ſollen und mögen / wann mann anders den Frieden auffrecht und redlich / wie ſichs gebühret / halten will / ſondern wo dergleichen Exceptiones admittirt werden ſollten / ſo würden ſelbige auch vielen hohen und niedern Ständen in Eccleſiaſticis & Politicis nicht ermangeln / und mithin der gantze Fridenſchluß überhauffen geworffen werden.

Terminus hodie *ratione Bonorum Eccleſiaſticorum* reſtituendorum, vel retinendorum, & de his Jurium, fixus eſt; *PRIMVS DIES JANVARII, ANNI* 1624. Ratione æſtimandi *Exercitii Religionis*, *VNAQVÆQVE PARS DICTI ANNI* vigeſimi quarti. Hic illo laxior, favore libertatis conſcientiæ deſignatus: ille anguſtior, quia multis poſſesſio Bonorum Eccleſiaſticorum à non-Eccleſiaſticis

reten‑

tetenta, non ita æqua, ſed reſtringenda magis (agebatur enim de amittendis poſſesſionibus:) viſa; & in id deſcenſum eſt. Sola porro Eccleſiaſtica, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata ſunt, huc pertinent; relegatis abhinc Politicis negociis, quæ neque cum Eccleſiaſticis connexionem habent, neque religionem tangunt, neque intuitu hujus & illorum mutata ſunt. Unus tamen objectus locus ſingularis in *Art. V. §. Liberæ Imperii Civitates &c. 29.* ibi: *In quo Calendis Januarii tam in ſacris, quam in profanis fuerunt &c.* niſi forſan ille (de ſpecialibus Tractatibus enim non ſatis conſtat:) juxta profana intuitu Religionis mutata, & pro his ſola & ſemper æſtimanda, loqui dicendus. Dein, propoſitum; *AN SI IN CIVITATE CATHOLICA Evangelici, vel in Evangelica Catholici Anno 1624 Cives liberè & ob morum honeſtatem in ſenatorios ordines allecti; illa Reſp. ad alios ejuſdem Religionis hodienum adſciscendos vigore termini hujus à quo cogi poſſint?* Non videtur, ſi perſonæ ſingulæ ſunt. Aliæ autem cauſam mere Politicam cau-

ſabuntur: aliæ regerent argumenta ex *art. V. §. Hoc tamen non obſtante 31. ibi: ſive ſola denique obſervantia dicti anni habuerint, junct. art. V. d. §. Libera 29. ibi: tam in ſacris, quam in profanis.* Tertio: *AN TRANSITUS PER COEMITERIUM aliũve locum* ad Eccleſiaſticos pertinentem, *à Monaſterio quodam Civitati ex mera humanitate, libera voluntate, aut majoris commoditatis gratiâ Anno. 1624. conceſſus, inpoſterum quoque concedendus?* Si tranſitus fortuitus, ut ſic dicam, & momentaneus fuit, non exagitabimus verba Legis; ſi ut illic tranſiretur, legitima præſcriptione obtentum obſervatumque fuit; Si occaſione *Exercitii Religionis* (extra hunc enim caſum jura manifeſta declinari non poterunt:) conceſſum, ſunt, qui in affirmativa hærere neſciunt: nihil decernimus; id vero deliberandum, & ex Actis Imperii judicandum ſupereſt: Sitne reſtitutio Bonorum Juriumque Eccleſiaſticorum à paciſcente Imperio ita ad terminum à quo reſtricta, ut poſſeſſione vel qvaſi nude inſpecta abſolute

fieret?

fieret? an reſervatæ Exceptiones Juris & obſervantiæ commoditatis ergo, precario, officii & humanitatis cauſa, conceſſi, & reſpective permiſſæ? Non deſunt, quæ de his loquuntur, Acta, Add, *art. V. §. 8. ibi: Fiat itaque reſtitutio plenarie & pure, junct. d. §. 31. & art. V. §. Quæcunque Monaſteria. 25. in med.* quos explicant Deputatorum Francofurtenſium ſenſus à parte noſtratium; daß man nemlich weder auff das Recht oder vorgehenden titul ſolchen Status ſihet/ noch eine veram juridicam poſſesſionem irgend erfordert/ ſondern die Wort ſtatus, uſus obſervantia, &c. Als die nach eigenſchafft der Sprachen/ den bloſen und ſchlechten Zuſtand einer Sachen bedeuten/ wegen ihrer öfteren und faſt ſtäten zuſammenſetzung und verwechßlung pro ſynonymis zuhalten/ dannenhero dahin ſtehet/ ob die principia von der fundamental poſſesſion und actibus meræ facultatis, davon das Inſtrum. Pacis nichts weiß/ und daran die hohen Herren Paciſcenten nimmermehr gedacht habẽ/ in den Punctum reſtitutionis einzumiſchen/ 2c. Junct.

Ver-

Verbis Executions Haupt Receſs in §. So dann Churfürſten / rc. 3. ibi: verbleibt es darbey / (qui textus maximè pro ſtabiliendis Conſultationis principiis ſuperius fixis, ut & ſuperſtructis, notandus :) daß in dem Puncto reſtitutionis ex capite Amniſtiæ & Gravaminum, aus dem Inſtr. Pac. und nach deſſelben geſetzter norma universali Terminorum à quo, Regulis item tam generalibus, quam ſpecialibus, ohnpartheyiſch / ohnauffhältlich / und ohne anſehung der Perſohnen / Religionen oder jurium petitorii, (doch mit vorbehallt derſelben in puncto Amniſtiæ, facta prius reſtitutione, oder einiger anderer Exceptionen, wie ſie Nahmen haben mögen:) fürnehmlich nach dem bloſſen *Facto poſſesſionis, uſus, obſervantiæ & Exercitii* die Caſus liquidi ab illiquidis zu ſepariten &c.

In verbis quoq; finalibus *art. V. §. Terminus autem. 13.* hæretur ; ubi dictum : terminum à quo nullum præjudiciũ creaturum iis, qui ex capite Amniſtiæ Aut *ALIUNDE* reſtituendi veniunt. Amniſtiæ terminus à quo, poſt inſignes diſputatio-

tiones feliciter in Tractatibus dimiſſas, annus abſque dubio eſt poſt milleſimum ſexcenteſimus decimus octavus: Sed *QVI, ALIVNDE reſtituendi?* cum medium (ita Sprengerus) inter reſtitutionem ex capite Amniſtiæ, & eam, quæ intuitu Religionis Bonorumque Eccleſiaſticorum, vel ut Acta Publica loquuntur, ex capite Gravaminum, Eccleſiaſticorum, *juxta Annum* 1624. facienda eſt, non detur? ex quorundam ſatis equidem concludente ratione, illi nimirum ſunt, quos cujuſcunque articuli diſpoſitio, vel manifeſto exiſtens, vel inpoſterum ab accuratioribus eruenda priſtino ſtatui reddi juſſerit; ut videantur Pacificatores non modo præſentibus dubiis, ſed &, ſi quæ oriri poſſent, futuris, præveniſſe. Exiſtimantium etiam pauca eſſe quæ prohiberent in rei exemplum duci *art. V. §. Qui Archi-Epiſcopatus.* 24. aliumve.

Verum, quid dubitamus, *aliunde* reſtituendos eos fore, qui ex capite *læſionis* vel *deſtitutionis violentæ* juvandi; quid enim iniquius, quam, eos, *qui jure communi*

muni gentiumque legibus pro reſtituendis judicantur; certo cuidam anno dieive, ſub præjudicio Juſtitiæ cauſæ, alligare; (Propoſita hæc Francofurti coram Deputatis in cauſa der Augſpurgiſchen Confesſion Verwanden in Hagenau / Contra die Baarfüſſer und Magiſtrat daſelbſten / die reſtitutionem tam in Eccleſiaſticis quam Politicis betreffent; dictata 7. Febr. 1656.) cum & ipſa Pacis noſtræ lex reſtitutionem illam indefinite fieri juſſerit, jurique communi ſubſidio ſe futuram decreverit; *aliunde*, in *Art. IV.* §. *contractus*. 46. §. *debita.* 47. *& paſſ.* dilucida explicatione manifeſtans.

Mirandum quoque de ſequentibus articulis magnis inimicitiis & expenſis diſputatum: nimirum, cum de Exercitio Religionis in certo templo nihil in lite eſſet, quædam autem clavis januam aliquam, qua ex Hoſpitali in templum perveniri poterat, reſerans Anno 1624 in hypocauſto Præfecti dicti Hoſpitalis tempore nocturno pependiſſet, ſequentibus vero temporibus à Senatu Auguſtanæ Confeſſionis aſſervata eſſet, diſce-

ceptatum: *AN CLAVIS EODEM in hypocauſto, uti olim, pendere debeat? & an in his quoque Annus* 1624 *præciſe inſpici debeat?* Vel *Evangelici contra Art. V.* §. *11. peccaverint, clavisque eo reſtituenda?* Itemque porro; *AN IN CIVITATE utriusque Religionis, tempore Quadrageſimali Laniarium apertum, clauſumve eſſe debeat?* Cauſa in prolixam aliam Conſultationem trahenda? in eventum paritatis votorum ſæpe dictus Annus 1624 inſpiciendus, conſiderandusque? Sanè in his mihi nihil videtur Religionem concernere, clauſum an apertum ſit Laniarium; ſcilicet, hæ ſunt mehercle illæ lites & jurgia, digna, quæ propter, dum Romæ deliberatur, in Hiſpania Saguntus periret, vel Civitas Imperii ſe peſſumdaret.

Quæſitum; *VNDE TOT DVBIA, tot litigia?* Dubio procul, ex diſceptatione, *de definiendis REBVS POLITICIS INTVITV RELIGIONIS MVTATIS?* ſive, *quæ res dicantur INTVITV RELIGIONIS mutatæ?* In *genere* recte dicimus, ut & ſupra monitum, eſſe eas, quæ, cum in medio, ut politicæ conſiſtunt, extremorum alterum

terum, id eſt, initium immediate à Religione habent; vel quarum alterum, nimirum finis & effectus in negocium Religionis immediate tendit. In *ſpecie* nihil, extra ea quæ coram Deputatis Imperii tractata, memorare, aut definire poſſumus; quia præjudicialia. *QVIS* autem *ſpeciali caſu dato Judex dirimendæ liti futurus? An Comitia?* ex longinquo illud remedium: *AN CÆSAR, aut Supre-ma Tribunalia?* Ita videtur, juxta Reſcriptum Caroli V. ad Cameram Imperialem, qua ratione ſe circa quæſtionem; Quæ ſint cauſæ Religionis? in judicando gerendum, Anno 1535. conſulentem, præfato Judicio poteſtatem decidendi conferens; Joh. Sleidan. *lib. 9. Commentar. p. m. 152. b.* Judice opus erat, & erit; altera parte cauſam Religionis eſſe, Politica intuitu Religionis mutata, pro intereſſe affirmatura, velnegatura; unde novæ contentiones; à Pacificatoribus in Conferentia Monaſterii 10. & 11. Novemb. 1646 habita, jam præviſæ: Wier (Auguſt. Confeſſionis) extendierten die Reſtitutionem auch auff die Politica,

tica, ſo intuitu Religionis geändert. (Ita habet Catalogus Diſcrepant.) Sie (Catholici) wolten ſolches auch nicht nachgeben / weil auff dieſe Weiſſe alles unter die Religion könte gezogen werden.

In Conventu Deputatorum Imperii, *ne reſolutio controverſiæ deſit*, quærebatur: Cum in libera Imperii Republica ab immemoriali tempore communio Magiſtratus & in adminiſtratione paritas, ut & allectio Civium in jura civitatis utriusque Religionis facta, cum ſucceſſu negari non; id etiam affirmari; juſtisſime poterat: Anno demum 1618 Prætoribus, Scabinis & Senatoribus Aug. Confeſſ. ſolos Catholicos ſubrogatos: Anno 1624 quatuor Prætores & aliquot Senatores eidem Confesſioni addictos præ- & adſediſſe; eodem vero, occaſione Belli cum Mansfeldio geſti Senatu ejecti, denique Anno 1628 non Senatu ſolum, ſed & Civitate expulſi fuiſſent, *ESSETNE STATUS UTRIUSQUE RELIGIONIS in memorata Republica reſtituendus in eum, qui Anno 1618 & 1624 utriusque partis confesſione fuiſſe dicebatur? ILLINE*

E tum

tum DESTITVTI, ſiqui eſſent; eorum poſteri; aliivé, quorum virtus id dignitatis mereri impartialibus videbitur, in ſenatorias & altiores dignitates, iterum cooptandi? Statum *intuitu Religionis*, vi, aliisque rationibus mutatum; facti ſpecies memorat. Addebant tum Evangelici; ſi fundaretur ſuorum intentio in reſtitutione ex capite *AMNISTIÆ*; ſubvenire Textum clarum in Art. 3. §. 1. ibi, *Vniverſi &c. ſubditi, Cives & incolæ, quibus occaſione Bohemiæ Germaniæve motuum &c. ab una vel altera parte aliquid præiudicii & damni QVOCVNQVE MODO VEL PRÆTEXTV illatum eſt*, tam quoad *DIGNITATES, immunitates, Jura & privilegia, reſtituti ſint plenarie in eum utrinque ſtatum IN SACRIS ET PROFANIS; quo ante deſtitutionem gaviſi ſunt &c.* Si ex capite *GRAVAMINVM*; ſecedere in eorum partem Art. V. §. *Liberæ Imperii Civitates 29.* inſignem porro eſſe differentiam, inter Reſpublicas uni Religioni à parte Senatus tantum addictas, & eas, quæ mixturam illis temporibus viguiſſe, neque ipſæ diffiteri poſſent: ut ex Dictat. de 7. Febr.

Febr. 1656 prolixius adparet, quæ cum Actis, quid ſit intuitu Religionis mutatum, proque eo habendum, Imperio demonſtrat.

Num. XIX & XXI.

Ad §. 45. & 46. de Reditibus, Decimis &c. Catholicis à Proteſtantibus debitis, & contra: Tempus quale deſignandum? Quæ in probanda poſſesſione differentia? Quid prægravare Reditus? Quis Vſus legitimus?

IN hoc articulo vix eſt, ut adeò ſine diligentia aut ſolicitudine, præjudicium quippe inde non modicum, tranſiri posſit. Subordinandæ itaque Conſtitutiones ſibi invicem: nimirum Artic. V. §. *Ratione Redituum.* 45. cum ſeq. §. *Illi vero Reditus* 46. *ille* de Cenſibus, Reditibus, Decimis, Eccleſiaſticis Bonis eorum-

que Poſſeſſoribus debitis, in ſpeciem, ſimpliciter; in relatione vero ad §. 46. de Reditibus Catholicis ex territoriis Statuum Aug. Confeſſ. præſtandis; iis in perceptione neque vi, neque alia injuria turbandis aut moleſtandis, ſine omni præfinitione certi alicujus temporis, ſe ad Rec. Imp. 1555. §. dargegen ſollen ꝛc. 17. & §. Alß auch den Ständen ꝛc. 22. abſolutè retuliſſe contentus, loquitur. *Hic* §. 46. vero de Reditibus Evangelicis & Reformatis debitis à Catholicis; ſed adjecto termino a quo, ſcilicet Calendarum Januarii Anni 1624. Itaque hinc lis orta: *Cum utraque Religio mutua atque exacta æqualitate, in fruendo juribus Imperii, niſi* ſpeciatim in Inſtrumento Pacis aliave ſanctione Imperiali diverſum expreſſum ſit, *gaudere debeant*, hic autem nihil additum; *VTRVM LEGEM ANTIQVAM ſimpliciter ſequendum ſit?* ut, quemadmodum tum ſine deſignato tempore ſuis Reditibus Catholici: econtra Proteſtantes cum reſtrictione, So ſie vor Anfang dieſes Streits in der Religion daran gehabt / ſuis uſi gaviſique ſunt; adeoque

eoque Catholici præ Proteſtantibus longe melioris conditionis fuerunt, quia Proteſtantibus Secularem Jurisdictionem aliam, quam quæ ante disſidia fuit, uſurpare non licebat; Hi tempore concluduntur, illi non, Sprenger. *d. loc. pag. 243. & 244.*; porro noſtris tum demum Reditus concesſi; ſi ſe in poſſesſione tum temporis fuiſſe probaſſent; Catholicis vero, ſi de præſenti poſſesſio competebat & adverſarius eos ipſis non competere probare non poterat, ad conſequendos ſuos cenſus ſatis erat. Vid. ICti Dilling. *cap. VI. quæſt. 31. & paſſ.* ita & hodie *CATHOLICI vi non limitatæ remisſionis omnes ſuos* Reditus, Cenſus, Decimas, quantocunque à tempore vel qualitercunque poſſeſſos percipere posſint? *SOLI AUTEM PROTESTANTES* illis quibus An. 1624 fructi fuerunt, inpoſterum uti queant? *AN VERO, ſicut Proteſtantibus, ita & Catholicis, conditio dicti Anni imperanda ſit?* Noſter Autor, ut vides, æqua in utrisque commentatione ſine perſonarum Religionis diſcrimine tranſit. *Proteſtantes* æqualitatem

 tem

tem deſiderabunt: *Catholici*, negabunt limitationem contra ſe admittendam; ſe de conſervando & non-amittendo priſtino Jure agere; reliquos de adquirendo: contendentes. Ulterius; ſpecialem Conſtitutionem §. *Illi vero Reditus* 46. quæ de Reditibus Proteſtantium in territoriis Catholicorum poſſesſis manifeſto agit, ad utramque Religionem & utriusque Status non recte extendi; injuriam ſibi fieri dicentes; Inſtrumentum Pacis id non diſpoſiturum; ſibi non adimenda beneficia, quibus adverſus ſe ſuosque Lex nihil detraxit, præfatam Legem contra ſe tanquā amittentes ſtricte interpretandam; nunquam hoc ſenſu §. 46. acceptum &c. Hæreo. Sine omni præjudicio autem cujuſcunque putant, Articulum V. ſibi ipſi evidenter ſatisfacere, dum datis & conceſſis Auguſtanæ Confesſioni addictis poteſtate & Juribus, Reditus ex alieno, juxta poſſesſionem vel quaſi ſæpe dictis Calendis habitam, *percipiendi*, hoc ipſo per neceſſariam conſequentiam à parte alterius *amisſionem & derelictionem* ejus, quod Catholi-

tholi-

tholici illis Calendis non habebant, præſupponit & involvit; & non iniquam æqualitatem ex natura correlatorum *adquiſitionis* & *amisſionis*, quarum inter duos litigantes nulla ſeparatio, vel diverſa Jura eſſe poſſunt, ſtabilivit.

Sed nec, quatenus ad ſolos Proteſtantes pertinet, indubitatum: *AN* itaque *ILLI PRÆCISE cogantur, ad hæc duo ſimul probanda*, adquiſitionem, & Poſſesſionem vel quaſi, *Redituum?* Dubio procul id opus futurum, ſemper impartialis ratus eſt; quia Inſtrum. Pac. reſpicit poſſesſionem Anni 1624 quæ ſine prævia adquiſitione conſiſtere non poteſt; adquiſitio vero ſine poſſesſione nihil profutura erit.

In fine ejusdem ʃʃ. Jura Protectionis, Advocatiæ, Aperturæ, Hoſpitationis, Operarum, & alia, Proteſtantibus in ditionibus Catholicorum; & Catholicis in Proteſtantium reſervata ſunt, ut omnes ex æquo priſtina ſua Jura retineant: *AN HÆC æqualitatis ratio in præmemoratis juribus inter utrosque ſtatuta, in reditibus quoque obtinebit?* An hæc deciſio ad

priorem quoque litem decidendam adhiberi poterit? Ita viſum Autori; ut ex commixtione utriusque caſus in Num. 21. conjecta colligitur. Stat Sententia noſtra ſuperior.

Quinimo id prius expedire nobis jubent: *AN VI VERBORVM*, ex æquo, *ſoli*, ut dictum, *Proteſtantes*; *an vero ex æquo jure etiam Catholici ad probationem Poſſesſionis Anni* 1624 *obligandi?* An ea etiam non probata, modo contrarium pars adverſa non probaverit, ſibi nimirum competere, admittendi? An Catholici melioris conditionis præ Proteſtantibus habendi? Textus ſatis eſt, noſtro judicio, expreſſus. Tandem, *QVID OPERETVR clauſula*, ne per uſum ejuſmodi Jurium Bonorum Eccleſiaſticorum Reditus nimium prægraventur; diſquirunt, *QVIS ERGO uſus legitimus, vel quis nimium prægravet?* An qui ad dimidium usque Bonà exhaurit? Sprenger. *d. loc. pag.* 241. Imo contra, legitimum eum nuncupamus, qui antiquo Jure obtinuit, & moderatum; qui moderationem excedit, illegitimum. Textus eſt notabilis in *cap.*

præ-

præterea 23 .X. de jure Patron. & c. in quibusdam 12. X. de pæn. Martin. Mager. *in Advoc. arm. cap. 10. n. 288.* Cæterum de Juribus hic nominatis & Jure *Clientelari* ſeparatim conſulendus Beſold. *de Jure Fœder. cap 5.* Bruning. *de Homag. th. 10. & ſeq.* & nunquam ſatis laudatus harum rerum Scriptor d. Mart. Mager. Conſiliar. Auſtr. *de Advocat. arm.* De Jure *Aperturæ*, Frater, & munerum Collega ante quinquennium ſoli Deo vivere juſſus Dn. *VVILHELMVS DECKHERR D. & in ſupremo Judicio Advocatus & Procurator* in Diſput. Inaug. Anno 1670 Argent. habita.

Num. XX.

Rationes componendi occurrentia circa ſuſtentationem Dubia.

Viam arbitrariæ compoſitionis in Rec. Imp. 1555. §. Und ob ſolcher 22. præſcriptam ſequioribus temporibus rariſſime uſurpatam eſſe, docent Gravamina S. Cæſ. Majeſtati An. 1594 & 1613 à Catholicis exhibita. Neque ulla am-

plius ejus in noſtro Inſtrumento mentio ſupereſt; ſed partes ſimpliciter, ut via facti abſtinerent, eam ingreſſuras dehortarentur, cauſamque, vel amicabili compoſitioni, vel Juris diſceptationi, ſubmitterent, in Art. XVII. §. *Pax vero* 5. 6. & 7. admonitæ. Controverſiæ de ſuſtentatione exemplum elegans in Gravaminibus Anni 1594. *AN DESTINATA olim Eccleſiæ & ſcholis Præfectis Miniſtris ſtipendia à Catholicis præſtanda, omnium rerum pretio indies creſcente, augeri queant?* An in illo ſtatu, in quo tempore Pacis concluſæ fuerunt, relinqui debeant? *Prius* Proteſtantes; *poſterius* Catholici affirmant; Judex Cæſar imploratus. Eventus apud Syringum *de Pac. Relig. th.* 58. *in fin.*

(Num. 22 & 23 in utraque Blumii Editione interciderunt: hos alia commentatione ſupplebimus.)

NUM. XXII.

Bona Eccleſiaſtica, quæ? Æſtimandorum de iis Jurium tempora. Rei geſtæ Exemplum.

Res

RES omnes, vel *divini* vel *humani Iuris* eſſe dicuntur: *Bona Eccleſiaſtica* cujus qualitatis ſint, cuive generi adſcribenda ſequentia inſtruent. Hic docendum, *Quid ſint?* ſequuturus numerus, qualia ſint? ſupplementi loco manifeſtabunt. Sunt autem *BONA ECCLESIASTICA*, *QVÆ* immediate Deo, id „eſt, divinis & ſacris uſibus quidem non „conſecrata, alendis autem Verbi Dei „miniſtris, pauperibus, ſplendidiori rei „Religioſæ conſervationi, ſive mobilia, „ſive immobilia, aut ſe moventia, cæte„risque Eccleſiarum emolumentis dedi„cata ſunt; Juxta Tranſactionis Paſ„ſavienſis placita, Pacem Religioſam & „noviſſimæ Pacificationis weſtphalicæ „leges, quatenus factum eò qualifica„tum; ſi minus; juxta proprias; ut & Ju„ris Canonici ſtatuta, æſtimanda, dijudicanda. *Vid. Dd. commun. ad. tit. D. de rer. diviſ. &* §. 8. *Inſt. eod. tit.* Imò vero, inquis, cum deriſore Claudio Tryphonino *in l. ſi à teſtatore. 109. D. de condit. & demonſtr.* Juriſconſultum Scævolam (nam, qua ratione ICt. Martianus, ut cre-

crediderat Scip. Gentil. de *Error. Teſtam. pag. 26.* in eam ſcenam trahi poſſit, nihil conjecturæ legalis occurrit:) magno ingenio de Jure aperto reſpondiſſe. Videndum. Diximus: *immediate Deo non conſecrata*: & recte; ne bona Eccleſiaſtica cum rebus ſacris, quarum alia fundamina, jura, proprietates, & circa alienationes effectus, & requiſita miſcerentur. *Verbi Dei Miniſtris*: ſive ſint in Eccleſiis Proteſtantiũ ſimpliciter ita dicti; ſive in Eccleſiis utriſq; & Catholicorum, Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, Clericos, Monachos, Moniales, vel alius alicujus nominis Miniſtros, Miniſtrasve ad pellari & ſubintelligi quis malit. *Pauperibus*; Hoſpitalibus, Xenodochiis, Orphanotrophiis, aliiſque. *Rei Religioſæ ſplendidiori conſervationi*: Sive noviter comparanda ſive jam ab antiquo ei deſtinata ſint: *Rem religioſam* nominantes, univerſum ambitum eorum, quæ in emolumenta Eccleſiæ externa convertuntur, complecti intendimus: ſub expreſſione vero bonorum, reditus quoque tam temporales, quam perpetuos, latitundia

fundia, penſiones, nomina & actiones. *Tranſactionis Paſſavienſis* mentio injecta; quatenus illa ſui temporis rationibus obſervantiam præſcripſit, in Pace Religionis in conſiderationem venit; in Inſtr. Pacis, (juxta principia argumentandi paulo ante projecta:) confirmata eſt. *Quatenus factum eo qualificatum:* Unde diſputatio, *DE BONIS* Eccleſiaſticis *MOBILIBUS*, *EORUMNE reſtitutio quoque juxta* J. *P. facienda*, *vel poſſeſſio æſtimanda?* Sane ſub bonorum Eccleſiaſticorum cenſu eſſe debere, non eſt, qui negasſit; ſub cenſu autem reſtituendorum expuncto gravaminum, ſatis luculenter ipſa lex. *Art. V.* §. *Bona Eccleſiaſtica. 14.* ibi *ſeu in urbibus, ſeu ruri ſitis. & paſſ.* niſi ſub nomine pertinentiarum immobilibus adhæſiſſent. *d.* §. *14. aliis quæ quocunque nomine ſignatis, &c.* licet & hic non ſolum, ſed & alter in Art. V. §. *quæcunque Monaſteria, &c.* ibi: *cum ſuis pertinentiis, reditibus & acceſſionibus ubicunque ſitis, &c.* textus magnopere ad pertinentias ſimiliter immobiles ſe reflectant. *Qualificationem*, etiam eam intelligimus, qualis juxta

ta materias Gravaminum Imperii & juxta has Inſtr. Pac. loquebatur; id eſt, ut de iis controverſia, vel olim, vel tum temporis, interceſſerit. *QVID SI nulla?* Jure communi; ſi id debilius, præſenti Pace poſſeſſor tutus erit. *QVID SI LITIGATVM quidem de bonis Eccleſiæ, ſed non inter Catholicos & Proteſtantes; ſed vel Catholicos inter ſe, vel Proteſtantes inter ſe*, qui duo poſteriores caſus ad gravamina Religionum Imperii, & punctum deſuper ex J. P. fundandorum Jurium non ſine difficultate trahentur. Num & hic Anni 1624 prima dies Januarii ſervanda? an verò acquieſcendum Paci Religionis, centenariæ & ſeniori Judiciorum Imperii ſupremorum obſervantiæ; Tractationum Pacis fundamentalibus regulis, abſolvendarum rationibus, & affirmativo ſatis liquido Pacificatorum in Actis & deliberationibus demonſtrato ſenſui? de quo omninò ita, S. J. Cq; videtur. J*uxta proprias*; ſcil. fundationum leges, ſive Catholicorum, ſive Proteſtantium partium; quatenus in J. P. illis nihil obrogatum aut derogatum. Ut & J*uris Canonici ſtatuta*;

tuta; à Catholicis abſolutè, ſuppoſita jam deducta qualificatione; ab Auguſt. Confesſioni addictis, quatenus ea horū fidei non adverſantur. Hæc de æſtimatione ipſa, ut ſolemus, breviter. Videam⁹ *DE TEMPORIBVS, EX QVIBVS, an bona quæſtionis Eccleſiaſticâ ſint, & pro talibus habenda?* judicandum:

Lecta eſt in Auditorio ſupremi Judicii ſpecies facti hujusmodi: An. cIↄ IↄXXIX. Potentiſſ. Danorum Regi Friderico Prior & Conventuales Virgines Cœnobii Reinbeck, in Holſatia ſiti, modo dictū Cœnobium cum omnibus juribus pertinentiis, & ſigillatim octo pagis Röſſel/ Möhlnradt / Füllenhofen / Rölekau / Boritzen / Eſchenberg / Werdörff und Wolldorff / die 8. Cloſter Dörffer genant/ vendiderunt: Rex, pro ejus temporis conſuetudine, ſecularem characterem; ſub titulo Præfecturæ ſecularis; Cœnobio cum eo pertinentibus imponit: Reditibus, exigente Regio Præfecto, quiete usque ad ſuum exceſſum utitur, fruitur: Ita & tres filii heredes Rex & Duces Holſatiæ, pro indiviſo;

tam

tam ſtante incolumi, quam à Lubecenſibus eo Anno 1534. diruto. In familiæ herciſcundæ Judicio bona Adolpho Holſatiæ Duci asſignantur, eadem tranquillitate posſidentur; donec præfato Adolpho in Caroli V. Imp. expeditionibus commorante, & à terrarum ſuarum regimine diſtracto; Magnus, Dux Saxoniæ, Angriæ & Weſtphaliæ, univerſa cum reditibus bona de facto detineret. *Reus*, bona juſte à ſe vindicata, à Monialium conventu temere alienata, ad Patronum illius Monaſterii, qui ipſe cum Anteceſſoribus eſſet, ipſo jure reverſa, præterea ſibi quoque ut Territorii Domino, (quod in aliis Reſponſis non habetur:) pari æquitate debita, contendens, Bona ab An. 1544 detinet, tempore Pacificatæ Religionis in Annis 1552, 1555 & ſequentibus, licet non ſine lite (quæ Anno 1562 in Cameram delata eſt:) posſidet: Ita & An. 1624. tempore Pacis Monaſterienſis concluſæ: ſimiliter & nunc. *Judicium*, ſi rectè videtur, duplex inſtitutum, *Poſſeſſorium* & *Petitorium*. *In hoc* forſitan tractabuntur accuratæ

ratæ quæſtiones: Prior; LicueritneConventualibus Cænobium illic habitandi cauſa iis adſignatum vendere? An ſine Magiſtratus Eccleſiaſtici conſenſu? An ſine Patroni dotantis? An ſine Territorii Domini? An ſine ſolennitatibus Jurium requiſitis? *Altera* & poſterior: Potueritne Sereniſſ. Daniæ Rex rem ita alienatam in ſecularem formam redigere? de qua mox: *In Poſſeſſorio:* Utrumne Sereniſſ. Dn. Reo licuiſſe cenſendum, Dn. Actorem indicta cauſa, abſentem, in expeditionibus Cæſareis detentum, præterita juris & juſtitiæ via, ſemel acquiſitis, juſto titulo bonaque fide poſſeſſis bonis deſtituere? Sed in limine præjudicialis quæſtio offenditur; *An nimirum contentio de poteſtate Emptoris in ſecularisando* (S. L.) *Monaſterio ad poſſeſſorium? an ad petitorium referenda?* (clarius) *quo pertineat lis & definitio quæſiti, quæ bona ſint Eccleſiaſtica?* ſi ad *petitorium*; vicit in judicio poſſeſſorio Actor; primoque judicio & jure conſtituendum erit, quo redeantBona, an ad Dominum territorii? an ad Patronum? *Itemque*, Utrum

bona quæſtionis æſtimanda ex tempore ſecularis characteris inditi? Tranſactionis Paſſavienſis? Pacis Religioſæ, & Anni 1624? fundaturo ſe *Dn. Actore* in jure ſibi quæſito, totius Germaniæ uſurpatis tum conſuetudinibus; etiam extra territorium ſita bona ſæpius ſeculariſantibus, deciſione Paſſavii & Auguſtæ facta, ſibi manifeſtisſime favente; Charactere Eccleſiaſtico penitus expuncto, & aliis. *Dn. Reo*, in deciſionibus quæſtionum ſuperius Petitorio reſervatarum &c. Si ad *poſſeſſorium*; facillime divinari poſſe eventum, ſtatuet *dejectus*: Aut enim judicatum iri, eſſe illa Bona *ſecularia*, & tunc ex can. redintegranda, &c. ſe ante omnia reſtituendum, facto ipſo favorabiliter huc inclinante, factum deſtitutorium notorium: Aut fuiſſe *Eccleſiaſtica*; ſi talia; cauſam patrocinio non egere: Lege tam clare asſiſtente in R. J. 1555 §. Dieweil aber/ 20. ibi: So ſollen auch ſolche eingezogene Güter ꝛc. deren Poſſesſion die Geiſtlichen zu Zeit des Paſſauiſchen Vertrags oder ſeithero nicht gehabt/ in dieſen Fried-

Standt

Standt mit begriffen ſeyn / ꝛc. junctis ipſis adverſæ partis allegatis, ut ſecularia poſſidentis. Econtra *deſtituens*; ſi *ſecu-cularia*, ſuperiora urgebit. ſi *Eccleſiaſti-ca*, poſſesſionem tempore quarumcunque Pacificationum realiter habitam & J. P. *Art. V. §. quæcunque. 25.* allegabit; Lector inſpectis Actis & accuratiori trutina ponderatis, Conſilio Academiæ Colonienſis 26. Nov. 1656; & Univerſitatis Lipſienſis, *exhibitis in Tomo Conſil. Adoptiv.* Klockii *N.* 72. & 73. de poſſesſorio rei ſecularis; de petitorio ex arg. Mageri *de Advoc. armat. cap. X. n. 371. & paſſ.* Modeſt. Piſtor. *lib. 1. Conſ.* 43. aliorumque decernat. Hæc Indicis inſtar. Vides itaque jus non adeò apertum.

Num. XXIII.

Bona Eccleſiaſtica qualia? Ea non eſſe divini juris, ex Scipione Aretino: neque in rerum ſacrarum numero, ex Donello: Licite Monaſterii alienata, ex Jure communi.

EX ſuperius deductis & Interpretum vulgata ſententia conſtat; quod ſit inter *Res ſacras* & *Bona Eccleſiaſtica* diſcrimen; nimirum illud, quod *Res ſacræ* Deo divinisque uſibus immediate dicatæ; privatorum commerciis exemptæ ſint; *hæc* ſecus. Quæritur de qualitate, & *NUM PROBABILI ratione DIVINI JURIS dici queant?* Aretinus: *Divini juris ea* eſſe; quæ hominum uſibus exempta cultui divino immediate dicata & conſecrata ſunt; veluti templa cœtui hominum ad honorem Domini convenientium rite adſignata, altaria, vaſa ſacra &c; eaque propter ita dici; quia hominum mundanis utilitatibus amplius non inſerviunt; ſed facta ſunt inſtrumenta ad ſolius Dei cultum ordinata. Ditiones Principatuum Eccleſiaſticorum; Monaſteriorum latifundia; penſiones & reditus, quanti quanti ſunt, totos eſſe *humani juris*; uſurpant enim homines ad propriam utilitatem: omnium clericorum & reditus & bona mobilia, immobilia & ſe moventia, perinde ut cujusvis Laici, emi, vendi, locari, conduci, ac in quodvis de-

denique genus commercii cadere; id vero eſſe divini juris, quod in hominum eſt commercio implicare contradictionem, & ab omni juris ratione abhorrere: de Divini autem juris effectis id dici non poſſe: in alium uſum, quam divinum, convertere, piaculum. Verbo: *Quicquid immediate honoribus & cultui Dei dicatum eſt & ei adhibetur, illud eſſe divini juris: Quicquid autem ad hominum neceſſitatem, utilitatem & commoditatem immediate ſpectat, illud hominibus ſervire ac proinde humani juris*, & denique *privatum.* Quæ omnia eo pertinent, ne quis ſibi imaginaretur, Sereniſſ. Pacificatores Deo ademiſſe, conceſſiſſe, aut in privato ære retinuiſſe, quæ erant Dei, Scip. Aret. *ad Edict. Relig. Ferd. pag. 58. & 59.*

Nihiloſecius tamen paſſim in contrarium itum à plerisque Rei Sacræ defenſoribus, non id ſolum *Sacrum* appellantibus, quod *immediate* cultui divino deſtinatum, ſed & id omne, quod ad amplificandos Numinis honores, Eccleſiarum Miniſtorumque ſplendores, etiam *mediate* donatum, legatum, ordinatum; male

itaque alienata omnia illa bona. Sacra non eſſe, defenſum ſatis Aretino. Videndum, *SI omnino SACRA FVISSENT, juſte ne illis ceſſum fuerit?* Character ille ſacer, ſive Rei ſacræ, indisputabili certitudine, deſcendit ex conſecratione, dedicatione, & deſtinatione hominum legitima, ſolemni, rite & recte facta. *Hæc* omnia rem dedicatam *ſacram faciunt* vel *ipſi immortali DEO*, vel *ipſum fundum remve aliam dedicatam in ſe afficiunt*, ve[l] *hominibus*; *ut pro talibus haberetur*, *inpri[mis]munt. IMMORTALI DEO* id (puſillum! patrimonii noſtri dicando ſacrum conſtituimus, aut *quoad dominiū & poſſeſſiones* & nobis inhabitans ratio teſtatur, *De[o] nihil conſecrari poſſe, ut fiat ejus, aut mag[is] ejus, quam ante. Is enim rebus noſtris no[n] indiget, tum ſi indigeret, non peteret, a[ut] acciperet à nobis, ut cujus ſunt omnia, quæ ſu[nt] in hoc orbe*: aut *quoad uſum*; & eadem dicta[s] res in humanis manere & alienationi et[iam] jure Civili obnoxias: aut *quoad æſtimatione[m] qualitatis*, id eſt, ut & Deus id pro ſacro h[a]beret; ſed hoc ultra potentiam human[am] Et ſi omnino; qua juſtitia Jura noſtra v[...]

un

unico in caſu alienationẽ (id eſt in effectu ereptionem Deo ſemel donati:) probavere? *SI IPSA RES* ſacra afficitur, ita ut dedicatio, inhærentem intrinſecam aliquam rei ſacræ qualitatem fundo vel ædi infundat; impoſſibile eſt, dictu; Loca ab hoſtibus capta deſinere eſſe Sacra; aut in Jure tam Civili, quam Canonico probatu; illam intrinſecam qualitatem facto, ſicut & prius erat, externo deleri, aut, ut ita dicam, *evocari*, ad complendam licitam certis caſibus alienationem, poſſe. Evocatur autem quotidie. Cum itaque prorſus duo hæc membra ſuccedere non poſſint, ponderatis omnibus circumſtantiis, ſequitur: *Res ſacras eas eſſe*, quæ à dedicandi poteſtatem habente conſecrantur, ut *ſacræ eeſſent conſecranti & reliquis*, quorum cauſa ſunt conſtitutæ, ut cultui ſervirent, hoc eſt, ut pro talibus haberentur. *Vnde fit, ut vel ſublatis perſonis, vel locis ipſis ad alios ita translatis, ut jam cives his uti non poſſint, tum ex voto & deſtinatione conſtituentium*, (per revocatã publicam antea impoſitam æſtimationem:) *ſacra eſſe deſinant*. Poteſtatem au-

tem revocandi asſignare poſſumus ei, qui & dedicandi jura habuit: Revocata autem illa publica opinione per diverſam aliam non minus publicam & contrariam opinionem, *in Rebus ſacris*; quoad cauſam redemptionis captivorum. *§*. 8. *Inſt. de Rer. diviſ.* ſolutionis æris alieni, quo Eccleſia premebatur. *Nov. 120. cap.* 10. ſublevationis pauperum, reſtaurationis bonorum ad eas Eccleſias (quatenus hoc vocabulo loco templorum, Monaſteriorum &c. uti licet:) pertinentium: In *Bonis Eccleſiaſticis*; quoad cauſam, etiam extra enumeratos caſus, conſtitutam, modo conditio Eccleſiæ inde melior fiat *l. privilegia. 17. §. 1. C. de SS. Eccleſ.* bona illa omnia ad priſtinam naturam, nimirum *mere ſecularem*, *&* *privatam* reverſa ſunt. Quæ pauca φιλοσοφέμενα amplisſimo, quod ipſi proprium eſſe ſolet, ingenio perſequitur Hugo Donellus *lib. IV. Comment. de Jure Civil. cap. 1.*

Quis itaque hæſitaverit, cum hæc omnia ita comparata ſint, Pacem glorioſam Monaſterienſem, vi poteſtatis

Pacis

Pacificatoribus competentis, juſtè, legitimeque poſſesſiones bonorum Eccleſiaſticorum Imperii Statibus & noſtræ Reip. civibus reliquis, confirmaſſe, reſtituiſſe, reliquiſſe: ingenue derelicta, quæ ſine ſervitute ultra detineri, ſine cæde peti repetique non poterant. Licuit id Jure communi Civili & Canonico, quid ni & Germaniæ Publico? Non deneganda licentia Imperio diſponendi adverſus ſuum interitum de his, de quibus tenui Cænobio pro ſua ſalute conſtituere non denegatum. add. Conring. *de Pace Civil. Proteſt. danda. Neque*, quæ replicant, *movent*, in Caſibus Jure Communi definitis præſumi tacitam voluntatem & permisſionem Divinam anguſtiis Eccleſiarum miſerorumque indolentem: *Credam*; ſed certisſime etiam cruore madenti Germaniæ, conflagratis cum cultoribus templis, orbatis civibus urbibus, exilio divitis, pauperis interitui, miſeriæ omnium, Religioni profligatæ: Quid ni & hic ſperemus, *ſuperatis atrocisſimis Populi Germanici cladibus, jam denique juſtis Pacis indiciis ap-*

 pro-

probatum iri, non eſſe DEO amplius curæ ultionem, eſſe ſecuritatem noſtram.

NUM. XXIV.

Ad Artic. V. §. 47. De fundationibus deſtructis, & collapſis.

DE fundationibus deſtructis & collapſis ex Inſtrum. Pac. *art. V.* §. 47. ita ſervamus; ut, ſi id mali *ante Annum 1624* accidiſſet, Reditus, Decimæ, Canones ejus fundationis, Auguſt. Confeſſ. Statibus ex alienis territoriis debiti, iis exſolvantur, qui An. 1624 die 1. Januarii in eorum poſſesſione vel quaſi fuerunt: ſi *poſt illum Annum*; Domino deſtructi Monaſterii, ſeu loci, in quo id ſitum fuit, una cum penſionibus, illi, etiam ex alienis territoriis, debitis, vindicentur.

Sed *QVID JVRIS in deſtructo monaſterio ante omnem de Religione motam controverſiam?* Cujus erunt Reditus? an *Patroni* dotantis? an *Domini* Territorii? Lite poſt Inſtrumenti Pacis tempora ad huc

huc pendente? Probabiliter juvat textus; & Auth. ſupra citati. *QVID SI ANTE Pacem Religioſam?* de his in utramque partem ſeculari diſceptatione agitur in cauſa Holſtein contra Sachſen-Lauenburg Citationis, die Acht Reinböckiſche Clöſter-Dörffer betreffent/ Juxta facti formam ſuperius memoratam: Cui materiæ utiliter conjungi poterit rigoroſa illa actio inter Caſp. Scioppium *in Aſtro Inextincto Quæſt. 1. &* Paulum Laimannum Jeſuitam, *in Juſta Defenſione*; Qui videndi.

De *DECIMIS ex Bonis novalibus*, in alieno territorio ſitis, exigendis, non nominata certa Religione, disponit Inſtrum. Pac. *ibid. AN* itaque *JVS VLTRO citroque obligatorium tam ad Catholicos, qui Proteſtantibus; quam Proteſtantes, qui Catholicis Decimas præſtant, pertinens?* Non dubitatur. *QVID DE CATHOLICIS contra Catholicos, & Proteſtantibus contra Proteſtantes agentibus?* Jure illi communi, (vid. *cap. quoniam 13. cap. cum contingat. 29 X. de Decim.*) conſvetudine loci, obſervantia, initorumve pactorum legibus uten-

utentur, de quibus pleniſſime Alex. Monet. *de Decim. cap. 4. n. 50. pag. m. 173.* Anton. Fabricius Bleynianus *de Benefic. Eccleſ. cap. 45. cum ſeq.* Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 298 & ſeq.*

NUM. XXV.

Ad §. 14. & 25. Terminum ratione Bonorum Eccleſiaſticorum mediatorum vel immediatorum &c. non diverſum eſſe

BOna Eccleſiaſtica *immediata* poſſeſſori Calendis Januariis Anni 1624; ſicut & *mediata*, diſtincte; illa *in §. Bona Eccleſiaſtica 14.* Hæc *in §. Quæcunque Monaſteria 25.* vindicantur. De quibus Veteres generali Lege in Rec. Imp. 1555. §. Dieweil aber &c. 20. ſanciverant. Hic nodum, ſed non ſatis pertinentem, nectit Sprenger. *d. loc. pag. 239* & *240.* Quaſi videretur Inſtrum. Pacis à termino a quo in § 31. in ꝟb. *dicto tempore*, & *cum omnibus pertinentiis & reditibus*: ſeceſſiſſe.

Ita-

Itaque inter Archi & Episcopatus, Prælaturas, Abbatias, Ballivias, Commendas & liberas fundationes ſeculares; de quibus *in d. §. 14.* & templa, fundationes, monaſteria & hoſpitalia, de quibus *in d.* §. *31.* agitur; adeoque Bona majora & minora; immediata & mediata diſtinguit. *Pacificatores* autem ita ſenſiſſe; vel ratione termini à quo ita distingui voluiſſe, nunquam probabile viſum: de bonis enim *immediatis* & *mediatis*, ut & Reſtitutionis termino, nullum inter verba Inſtrum. Pac. juxta textum *d.* §. *14* & *25.* litigium unquam fuit, ſed de Bonis Eccleſiaſticis *mediatis mediatorum*, horumque poſſesſionis & reſtitutionis Annis; ubi non de majoribus, ſed utrinque ferme paribus, quæ quidem in Principis Statusve ſubditum in hac ſpecie facti cadere poterant, in §. 31. actum; de quo difficili & ambiguo loco uberiora ad Num. 37. docebuntur.

Num. XXVI.

Ad §. 15. RESERVATUM Eccleſiaſticum ſtabilitum; ſal-

va

utentur, de quibus pleniſſime Alex. Monet. *de Decim. cap. 4. n. 50. pag. m. 173.* Anton. Fabricius Bleynianus *de Benefic. Eccleſ. cap. 45. cum ſeq.* Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 298 & ſeq.*

NUM. XXV.

Ad §. 14. & 25. Terminum ratione Bonorum Eccleſiaſticorum mediatorum vel immediatorum &c. non diverſum eſſe

BOna Eccleſiaſtica *immediata* poſſeſſori Calendis Januariis Anni 1624; ſicut & *mediata*, diſtincte; illa *in §. Bona Eccleſiaſtica 14.* Hæc *in §. Quæcunque Monaſteria 25.* vindicantur. De quibus Veteres generali Lege in Rec. Imp. 1555. §. Dieweil aber &c. 20. ſanciverant. Hic nodum, ſed non ſatis pertinentem, nectit Sprenger. *d. loc. pag. 239* & *240.* Quaſi videretur Inſtrum. Pacis à termino a quo in § 31. in v b. *dicto tempore*, & *cum omnibus pertinentiis & reditibus*: ſeceſſiſſe. Ita-

Itaque inter Archi & Episcopatus, Prælaturas, Abbatias, Ballivias, Commendas & liberas fundationes ſeculares; de quibus *in d. §. 14.* & templa, fundationes, monaſteria & hospitalia, de quibus *in d.* §. *31.* agitur; adeoque Bona majora & minora; immediata & mediata diſtinguit. *Pacificatores* autem ita ſenſiſſe; vel ratione termini à quo ita distingui voluiſſe, nunquam probabile viſum: de bonis enim *immediatis* & *mediatis*, ut & Reſtitutionis termino, nullum inter verba Inſtrum. Pac. juxta textum *d.* §. *14 & 25.* litigium unquam fuit, ſed de Bonis Eccleſiaſticis *mediatis mediatorum*, horumque poſſesſionis & reſtitutionis Annis; ubi non de majoribus, ſed utrinque ferme paribus, quæ quidem in Principis Statusve ſubditum in hac ſpecie facti cadere poterant, in §. 31. actum; de quo difficili & ambiguo loco uberiora ad Num. 37. docebuntur.

Num. XXVI.

Ad §. 15. RESERVATUM Eccleſiaſticum ſtabilitum; ſal-

va cujuscunque conſcientia: Perſonæ comprehenſæ &c. tituli oneroſi & lucrativi diſcrimen. Inde dubia.

HÆc eſt illa fatalis periodus *RESERVATI ECCLESIASTICI*, des Geiſtlichen Vorbehalts/ (quod perpetua lege jubet: ſi vel Catholicus vel Aug. Confeſſ. addictus ArchiEpiſcopus &c. Religigionem ſuam in poſterum mutaverit; honore & fama illibatis, excederet bonis omnibusque Juribus ab ipſo ſub Eccleſiaſtico charactere poſſesſis, uſurpatis: relictis tamen fructibus interea perceptis & (*AN HÆC VERBA, copulativa, aut disjunctiva?*) conſumptis. cujus abolitionem tantis ſtudiis & contentionibus Proteſtantes quondam efflagitaverant, jam denique in perpetuum ejus robur & ſtabilimentum concedentes, Forſtner. *in Epiſt. ad Scalig. 2. pag. 26.* jam denique, inquam, adfirmatum, quod *Scipio Aretinus* juſtisſimo fervore negaverat, *Religionem eſſe MODUM AMITTEN-*

TENDORVM DOMINIORVM : ſi non Modum; certe *CAVSAM.* (pag.58.) De quo Reſervato quondam pro utriusque partis jure integra Volumina in publicum emiſſa, Burgkard. *de Autonom. part. 1. pag. 9. cum ſeq.* Dilliingenſ. *cap. 7. quæſt. 51.* E noſtratibus ſcripſerunt Autor der gründlichen Deduction, Wie es mit der Geiſtlichen vermeynten Vorbehalt eigentlich bewandt / una cum Actis Publicis An. 1633 editæ ; Limn. *lib. 1. Jur. Publ. cap. 13. n. 37.* Syring. *de Pac. Relig. th. 37.* Utriusque & priſca argumenta & nova monita Burgold. *ad J. P. part. 2. Diſc. 10.* congesſit ; ſeveros & periculoſos animorum motus vero, Forſtner. *Epiſt. ad Scalig. 1. pag. 21. & HISTORIA PACIS Oſnabrugo - Monaſterienſis* à Francofurtenſiū nundinis, florido ſtylo & decora fide ac libertate panſa per Prænobilem Hiſtoricum *TOBIAM PFANNERVM, Sereniſſimæ Domus Saxonicæ Gothanæ Secretarium*, ſi magni Amici Epiſtolæ in hac detectione publica fides haberi poteſt, Germaniæ communicata, mihi autem, cum hic libellus jam evulgaretur, demum

mum reddita : Summo cum fructu, ſi ad hanc Conſultationem conferre licuiſſet, commendanda. Nobis, quia disputatione interdictum, inſtar omnium ſit incomparabilis Lampadii de Reſervato plane profundus ſenſus; *de Rep. Rom. Germ. part. 3. cap. 11. §. 15. ad uſque 25.*

Id noviſſime monemus: *AN NON CVM RATIONE præſumi poſſit, Clauſulam, conſcientiam mutantis gravaturam, reliquorum levaturam, non obscuris veſtigiis in hac diſpoſitione prehendi?* Suus cuique de Religione ſua, ſecuritate Conſcientiæ, animæ nunquam moriturae cura; & præſumendis fatis, ſenſus liber eſt; liberum arbitrium, & irreſtricta deliberandi facultas: in extraneum alium nullum Imperium neque poteſtas: privati ſenſus ſine publico præjudicio.

AN EADEM LEX §. Si igitur 15. art. V. unicuique Eccleſiaſtico cujuscunque Ordinis dicenda, vel dicta? Ita; & verba: *aut etjam alii Eccleſiaſtici*; expreſſa ſunt: atque ita, inter majores Ordines, Sereniſſimus Princeps Dn. Dn. *GVSTAVVS ADOLPHVS Marchio Badenſis & Hochbergen-*

genſis &c. cum ipſa abdicatione Religionis Auguſtanæ Confesſionis, Canonicatui Argentinenſi etiam Anno 1663 ſpontanea renunciatione valedixit; cujus exemplum plura ſecuta.

AN ET PERSONIS certæ Religionis intuitu, &, quatenus talibus, ad officia ab Imperio aliove Statu aſſumptis? Dictum partim ad Ordinat. Cam. *pag* 175. *n.* 114.

AN ET SECVLARIBVS aliis? Id, nec priſca ætas, nec moderna, quæ Avtonomiæ complementa in publicis tranſactionibus, licet in externis ſatis adſtrictæ, vidit, fieri deſideravit; mota in quemcunq; ratione dignitatis, officii &c. controverſia; (mota autem eſt à Sprengero quædam; *d. loc. pag.* 245. Et pro negativa, argumento verborum art. V. ʃ. 29. ibi: *quam in profanis*; *pag.* 246. concluſum)

QVID, SI MAGISTRATVS alicujus membra Religionem, quam antea profeſſa fuerunt, mutent, ſitq; Civitas, in qua utrumque Religionis exercitium viget, an mutans perdat dignitatem? Ad Suprema Judicia vel Comitia decidendã, optimo jure, controverſia enim grande præjudicium ſecũ

G tra-

trahit, ablegabimus. Quamvis etenim hic etiam per factum & jura diverſæ cenſuræ editæ; *aliæ, eorum*; qui putaverant, expeditionem petendam à diverſitate Miniſtrorum Reipublicæ vel Monarchicæ, vel Ariſtocraticæ, aut Democraticæ ſervientium: ut in prima, voluntas Principis abſoluta prævaleret; in reliquis, inter Senatores, Miniſtros reliquos Status; & cives alios distingueretur: *aliæ eorum*, qui ex facto, reſignationem; (ſi antea voluntarie non accesſiſſet;) imperitabant; reſtitutione, cum ejus prætendente; ad Comitia dimisſis: *Cenſebant etiam*, cum Avtonomiam uſurpanti emigratio hodie injungi, certis tamen reſervatis circumſtantiis, posſit, fruſtra ab urbis finibus excedente Ordines v. g. ſenatorios aliosve poſtulari: *Reliqui* quæſtionem ex conſtitutæ Reip. legibus, ſtatutis, vel ſcriptis, vel non ſcriptis, quæ ſunt perpetuæ obſervantiæ perſcripta, determinari volunt; rem novam cauſati, *Religionem Senatus mutare*: quod vel unum ſufficeret, (Vid. Bartol, *in l. bona fi-*

na fides 31. D. depoſ. n. 2) nihil tamen penitus certum in vulgus aperte evulgare hactenus auſi ſunt.

Verba Autoris finalia, ſuis juribus relicta; inſignem alterius partis ſecuritatem & præ altera ſpem, alterius metum præ ſe ferunt; & videndi ea propter de Reſervato editi Commentarii.

Sed hi occulti motus poſt legem, utrique fidei æqualem; ceſſere; Id vero nondum adeo liquidum; cum Reſervatum Eccleſiaſticum Pacific. Religioſæ Catholicos contra Proteſtantes muniverit; hodie utraſque partes adverſus ſe invicem, in verbis: *Si Catholicus ArchiEpiſcopus &c. aut Aug. Confeſſ. addictus &c. religionem in poſterum mutarint. &c.* ubi per Aug. Confeſſ. addictos, utramque Proteſtantium partem intelligi nemo hæſitaverit, Religionis autem mutatio *ſimpliciter* expreſſa ſit; *AN PRÆFATVM RESERVATVM valere debeat, etiam inter Proteſtantes inter ſe,* ita, *ut Eccleſiaſtici Ordinis Epiſcopi, Prælati, Abbates, &c. transeundo ad alteram Confesſionem Epiſcopatibus & cæteris beneficiis ipſo jure cecidiſſe judicandi?*

QVI odioſam extenſionem legis, liber-
tati Avtonomicæ reſiſtentem, declinare
deſiderant, *ſupponunt*: Articulum Quin-
tum cum omnibus ibi expreſsis, alibi
non repetitis; conſtitutionibus loqui
de Statu Religionis externo, inter Ca-
tholicos ab una, & Proteſtantes utrius-
que Confesſionis, ab altera; partibus,
formando. Vid. Art. V. *princ.* non de
Proteſtantium juribus inter ſe, ſtudioſe
in diverſum Articulum, ſcil. VII, ſepoſi-
tis. *Hoc etiam*, non eſſe tam profundam
diverſitatem inter poſteriorum partes,
ut lex ipſa concordiam facile parandam
non agnoviſſet. Haberi *quoque* ſub uno
communi & generali Aug. Confeſſ. ad-
dictorum titulo; ut eo minus extenſio
illa ſuccedere posſit, vel debeat. Art.
VII. §. 1. ibi: *ſalva cujusque conſcientiæ
libertate*; &c. *QVI* vero ſine diſcrimine
hic tranſeundum eſſe cenſent, Art. VII.
§. 1. ibi: *& publica hæc Tranſactio, in eaq;
deciſio* Gravaminum *cæteris Catholicis &
Aug. Confeſſ addictis ſtatibus & ſubditis
tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati
vocantur, competere debeat* &c, citare ſolent,
cu-

cujus quæſtionis expeditio ultra apri-
vati poteſtatē & publicam licentiam eſt:
Ejus non minus; quandoquidem
diffiteri non licet, Ordines Eccleſia-
ſticos, v. g. Canonicatus, &c. hisque
debitas Præbendas &c. vel titulo *oneroſo*
teneri, vel *lucrativo*; *Hunc*, eum eſſe,
cum beneficia ad perſonam libera ele-
ctione v. g. Capituli, &c extra aliam
acceſſoriam rationem onusve devolvun-
tur; *Oneroſum*, quando cum onere:
quemadmodum, ut res exemplis, quo-
rum plura ſunt, manifeſtetur, Sereniſſ.
Dn. *GVSTAVO ADOLPHO*, *Duci Mega-
politano Guſtrovienſi* in *recompenſationem*
cesſi Epiſcopatus Ratzenburgenſis duo
Canonicatuum beneficia, unum in Ec-
cleſia Cathedrali Magdeburgenſi, alte-
rum in Halberſtatienſi, contigere: Se-
reniſſ. etiam Dn. *ANTONIVS VLRI-
CVS*, & Dn. *FERDINANDVS ALBER-
TVS Duces Brunſvicenſes & Lunæburgen-
ſes* duas præbendas in Epiſcopatu Argen-
tinenſi, *ea* tamen *conditione*, ut Sere-
niſſ. Dn. Parens renunciet prætenſionib⁹
in unum alterumve Canonicatum habi-

 tis,

tis, accepère. Ex facto nuper tractatum eſt: *VTRVM POSSESSOR CANONICATVS*, *ipſi in compenſationem, adeoque cum onere, adſignati, mutata ſua religione, hoc quoque compenſato deſtitui poſſit?* In quem eventum, ob uſurpatam ſuæ conſcientiæ libertatem, & territoriis, Juribus, fructibus &c. in promotionem Pacis ceſſis; & noviter in compenſationem acceptis, cariturus, adeoque duplici damno afficiendus, eſſet: de quo inter D. C. L. D. M. S. & Eccleſiam C. A. controvertitur; de eventu, Hiſtoria docturi erit.

Num. XXVII.

De reſtituendis Bonis immediatis poſſeſſoribus priſtinis: & non intelligendos, qui ob mutatam Religionem iis excidere, cenſendum.

IN hujus Articuli ſenſum (qui eſt § 15 pars poſterior.) ſufficienter penetraſſe Autor non videtur. Incorrupta veri

tas paucis hæc eſt: Si qui *BONIS ECCLESIASTICIS IMMEDIATIS* poſt Calendas Januarii 1624 exciderit, reſtituitor: Bona illis, eique Religioni addictis, eorumve ſucceſſoribus vindicantor, quorum, aut cujus Religionis, erat illis Calendis poſſesſio, remisſis fructibus perceptis, & prætenſis damnis & intereſſe. Comprehenſi itaque omnes, qui vel judiciali ſententia, vel alio prætextu prorſus ejecti, aut quovis alio modo turbati ſunt, ſive id vi, ſive jure in hac Pace casſato, ſive facto alio, effictis quibuscunque prætenſionibus, actum. Non, *ob mutatam Religionem*, ut Autor putat, quod certe inconveniens; ſequeretur enim certisſimo argumento: Episcopos, Prælatos, aliosque immediatorum Bonorum Eccleſiaſticos Poſſeſſores, qui, ob amplexam fidem aliam, quam in qua ejusmodi perſonis, ſi diſpendium Stat' ſubire nollent, vivere licebat, jam dictis Bonis exire coacti ſunt, vigore hujus Pacis, utut alîus jam Religionis, in poſſesſionem rurſus, aut eorum ſucceſſores, immittendos fore, ; quod procul à Pacifi-

catorum mente, ex ſtabilito Reſervato Eccleſiaſtico non difficulter æſtimanda.

Neque *vigore harum* (ſcilicet, *Præbendarum:*) quod à ſenſu dicti Artic. prorſus alienum, ſed, tabularum, vel *Conventionum Pacis*, aut præſentis Inſtrumenti Conſtitutionum: quorum hoc in noviſſima Editione emendatum, redditumque; *literarum:* quod non adeo improbandum.

NUM. XXVIII.

Ad §. 16. de Juribus eligendi & poſtulandi Archi- & Epiſcopos &c. remiſſ.

DE Juribus eigendi & poſtulandi Epiſcopos neceſſaria quædam contulit Burgold. *ad I. P. part. 2. diſc. 11. n. 1.* Principia juſtæ de iisdem diſſerendi rationis Jac. Lampad. *de Rep. Rom. Germ. part. 3. cap. 11. §. 26* Laurent. Ohm *de Jure Epiſcop. th. 12.* ſubminiſtrant: Exegeſin vero Herm. Conringii *in Diſſertat. de Conſtitut. Epiſcop. Germ. inter Diſputatio-*

tationes de Stat. Reip. Germ. VII. quæ majoris nominis Viris ſemper viſa in vindicandis noſtri Imperii Juribus, & exponendis Epiſcopalium Præeminentiarum & Jurium ſucceſſibus Hiſtoricis, Veterum Neotericorumque multorum luminibus virtute ſua obſtruxiſſe, incomparabilis opera: Illam ſuis oculis obverſari ſemper jubeat, & in ſalutis Publicæ incrementa, ubi id fieri par erit, derivet, quisquis ſui & Reip. ſtudioſus eſt. De differentia inter modos acquirendi Principatus Eccleſiaſticos & Seculares, & quæ inde formandæ conſequentiæ. Scip. Aretinus pag. 58. tantum loco remiſſionis.

Num. XXIX.

Ad §. 17. De non hereditariis faciendis Epiſcopatibus.

PRudentisſime omnium Forſtnerus ad Seren. Auguſtum Brunſvic. Ducem: *tum demum utrique Religioni addictos, communi bono, & libertati cuſtodiendæ intentiores futuros credere par exiſtimavit,* (pag.

 194.)

194.) *cum Bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſio Proteſtantibus in futurum aſſerta, & Romano - Catholicis reliqua quoque amittendi metus demptus, atque ſuſpicandi timendique cauſæ utrinque exciſæ fuerint*: ADDIMUS; ſi & partibus cujusque Confesſionis ſe inter, vel cum aliis *ſpes* obtinendæ opimorum Epiſcopatuum prædæ, & firmandi in illis hereditarii vel, Secularis, vel Eccleſiaſtici, Imperii decollata; *metus* adcreturæ æmulæ familiæ inſignis potentiæ excuſſus fuerit. His ergo prævidet Pax weſtphalica per Capitulationes Reverſales, de non posſidendo Eccleſiaſticos Principatus, Dignitates & Beneficia Jure hereditario, neque, ut hereditaria fiant, agendo, ad ea hoc titulo in alios transmittendum. *Lex* omnibus Poſſeſſoribus dicta eſt; *Hiſtoriam* proxime lapſorum annorum Ephemerides publicaverunt. Comprehenſi dubio procul non ſolum primi poſſeſſores acquirentes, ſed & ulteriores: *Exemplum* in Ducibus Bavariæ, in continua fere Archi-Epiſcopatus Colonienſis & Epiſcopatus Hildeſienſis, ab illo tempore, à quo

poſt

poſt diverſos motus potentiore Principe opus fuit, poſſesſione exiſtentibus: ut & Ducibus Holſatiæ ratione Episcopatus Lubecenſis conſtitui, ſi factum ita, poſſet; ſin minus, Principes à prætenſione Jus hic ſtatutum removebit: *QUID SI CONTRARIUM ante Annum 1624 pactum & poſſesſio legitime doceri poſſet?* Vix eſt, quod removeat.

Num. XXX.

Ad §. 18. De S. Cæſ. Majeſtatis Jure primariarum precum.

S. Cæſ. Majeſtati competens Jus primariarum precum, quod, aut nemo, aut paucisſimi ex Proteſtantibus, tum ferre poterant, conceſſioni Pontificis, non Juri Majeſtatis Regio, Syring, *de Pac. Relig. th. 31. lit. b.* adſcripſit; (ſed illi ſingulare conſilium fuit,) Pontificis Indulto & Privilegio tribuit Gail. *2. obſ. 155. n. 7.* quem recte ea propter Cluten. *in Syllog. Rer. Quotid. th. 19. lit. b.* refutavit; cui jungendus Klock. *Tom. 1.*

con-

Conſil. 4. per tot Non obſcure Gailianæ ſententiæ publicis Imperii Actis contradicentibus. Carolus IV in Reſcr. de primar. prec. de Anno 1353, quod extat apud Goldaſt. *Collect. Conſtit. Imp. Tom. 1. pag. 343.* ita: *cum itaque nobis tam de jure, quam antiqua & approbata conſvetudine à Divis Rom. Imperatoribus ac Regibus, Prædeceſſoribus Noſtris hactenus obſervata competat &c.* Pro eodem Jure conteſtatus eſt Rudolphus I. Imp. per Conſtitutionem multo ſeniorem de Anno 1273; quam exhibet Goldaſt. *d. Collect. Conſtitut. Imp. Tom. 3. pag. 446.* & repetit Maul. *de Pac. Relig. pag. 33.* Acta apud Klock. *d. l.* & noviſſime Ferdinandus II cum ſucceſſoribus. Adde quæ collegit Burgold. *ad J. P. part. 2. diſc. 11. membr. 2.* & ſententiam Conringii *in Animadverſ. ad Bullam Innocentii X. pag. 307.* Rariſſimum autem, & fortean nunquam obvium, exemplum hujus Juris exerciti in Hiſtoria Friderici III (alias IV) An. 1465 quoad Eccleſiæ Cathedralis Spirenſis Capituli Præpoſitũ Eberhardum Pfeilen/adnotaverunt rerum geſtarum Commentatores. *Nimirum*, Cæſarem

ſarem contra Præpoſitum, ad implorationem Cæſarei Fiſcalis; per Judicium Camerale Mandata & Citationes, cum Litteris Præſentatitiis non pareretur; decreviſſe: Exceptiones, Perſonas citatas eſſe Eccleſiaſticas; cauſam ad Pontificem Rom. ut judicem Ordinarium pertinere, cæteraſque, rejectas: & propter has ipſas Exceptiones; aliosque enormes Exceſſus, ſæpe dictum Præpoſitum; Fratresque Societatis Chori à Judicio Camerali in Bannum declaratos; apud Lehmann. *lib. 7. Chron. Spir. cap. 109.* Unde de Judicio competente; Cæſ. Majeſtatis Juriſdictione, Exemtione Clericorum; Statu judicii Cameralis veteris, & deciſione *Quæſtionis:* Utrùm Eccleſiaſtici æque ac Laici Banno Imperiali ſubjecti unquam fuerint, vel hodie, præter uſitatam adverſus illos privationem, ſubjici posſint vel debeant? (De qua in modernis Ratiſbonenſibus Comitiis diſceptatur) ſingularia docenda & diſcenda ſunt.

AN ALTE memoratæ S. Cæſ. Maieſtati id Juris etiam in Proteſtantium territoriis

torius competat? quæ olim rigoroſe à Syringo *de Pac. Relig. th.* 31. Limn. *lib.* 2. *Jur. Public. cap.* 9. *n.* 2. Oldenburg. *lib.* 1. *Limn. Enucl. cap.* 17. §. 5. Cranio *de Pac. Relig. part.* 1. *probl.* 4. *pag.* 45. pro Proteſtantibus; à pleriſque pro Catholicis; diſputata; hac ipſa Conſtitutione compoſita ſunt, & ea quidem, ut in Beneficiis *Catholicorum*, ſalva ſit Suæ Majeſtati per omnia competens Præeminentia: in ſolis *Proteſtantium*; præſentaret eidem Religioni addictum: in *mixtis* verò eum, qui decedentis Religionem ſequitur.

Ait Inſtrumentum Pacis: *Ubi S. Cæſ. Majeſtas exercuit, exerceat etiam inpoſterum*; *AN SUBINTELLECTO tempore vel vigeſimum quartum hujus Seculi annum antecedente? vel ipſo anno Calendiſque Januarii? an quocunque?* Certum & fixum eſt principium, Imperatorem eandem obtenturum poteſtatem poſt initam Pacificationem, quam ante illam Prædeceſſores habuerunt; niſi expreſſe, aut per neceſſariam, atque, ut ſic dicam, inevitabilem conſequentiam illo Jure vel cecide-

ciderit, vel illi ſponte renunciaverit; Imperatori; niſi lege vel pacto id expreſſe factum, Jus Imperatorium adimi, caſſari, limitari ab inferioribus non poſſe; neque terminum, etiam qualemcunque, figi.

Num. XXXI.

Ad §. *19 & 20. De Annatis, Juribus Pallii &c.*

DE Annatis, Juribus Pallii, Confirmationibus, Menſibus Papalibus, aliisque Juribus prævenere noſtram diligentiam Sprenger. *in Rom. Nov.* & in hiſce nobilis; Burgold. *ad Inſtr. Pac. part. 2. Diſc. 11. membr* 3. De Annatis tamen, ne quid omittatur; ſingularia adnotavit Anton. Fabricius Bleinianus *de Benef. Eccleſ. pag. 121. 122 & 123.* Carol. Molinæ. *ad SCtum Franciæ contra abuſus Paparum. pag. 199. & ſeq.* Ad Edictum Henrici II. contra Parvas datas & abuſus Curiæ Romanæ; & ad Concilii Tridentini Decreta: qui & reliqua Jura perſecutus fuit.

Hic

Hic quæſitum; *AN ITAQVE ANNATARVM Jura in Bonis Eccleſiaſticis Proteſtantium prorſus caſſata? An vero ſalva*, ut ita dicam, *obligatione naturali*, *ſola Executione brachii Secularis deſtituantur?* Proteſtantes plerique in quæſito ſibi manifeſto Jure in verbis art. 5. §. Si quid annatarum 19. ibi: *id validitate careat &c.* ſe fundant. Poſterius tamen, (quod ignoraverat in Bulla Caſſatoria Pontifex Innocentius X.) textui convenientiſſimum eſſe, hæc ante animadvertit Conring. *ad dict. Bullam Innoc. cap. 8. pag. pag. 306 & 307.* Circa §. ſeq. 20. diſputatum: *AN VERBA*; id temporis in uſu fuerunt, &c. *ad Annum 1624. &, ſi.* (neque enim id fieri juſtum eſſe, dubitatur:) *an ille quoque annus* Juri *Pontificis præfixus? An pro* Jurium *diverſitate ſolis inferioribus noſtroque Imperio ſubjectis imperandus?* Dubio procul poſterioribus utrisque; Neque enim perſonam cui hæc jura debebantur, ſed perſonas bonaque quæ debebant hic maxime conſideramus: Pontifici nulla lex, ſubditis tamen membrisque dicta, & permiſa eſt; his etiam pro Intereſſe Imperii conſervanda. N.

NUM XXXII.

Ad §. 23. De conſervando numero Canonicorum.

DE *CANONICIS* merentur obſervationem notata à Lampadio *de Rep. Rom. Germ. part. 3. c. 11. §. 47.* Quippe in illis ſolidisſima diligentia expoſitum: *UTRUM CANONICI Eccleſiaſtici ordinis; an vero politicæ ſocietatis ſpecies ſint?* Qui politici regiminis participes ſunt, verſari in ſtatu Politico; Publicam rem civilem Cathedralium Eccleſiarum Capitulares una regere negari non poſſe; nullam in poteſtate & objecto Imperii inter Status Eccleſiaſticos & ſeculares differentiam eſſe; niſi docentem, baptizantem, ligantem & ſolventem fruſtra ſe Eccleſiaſtici Ordinis eſſe, putare; ſi qui à Majeſtate Chriſti præcepta non docent; qui ab ea non conſtituti, ad miniſterium non vocati, hos nec Eccleſiæ Miniſtros, nec Myſteriorum Dei œconomos recte dici: ſubjuncto juxta finem magni ſenſus Epilogo: *Exiſtimare ſe, patere, Principes noſtros*

Eccleſiaſticos & Canonicos (præcipue de Proteſtantibus loquitur:) *non eſſe proprie Eccleſiaſtici Ordinis. In Politico autem eos non ſtatu ſed poteſtate vivere, id, quod vota Comitialia, Juriſdictio in ſubditos, Cancellariatus Imperii, & id genus alia evidentiſſimum faciunt, ac licet nulla omnino hiſce, quos nomine Eccleſiaſticos dicimus, competeret Politica poteſtas, atque adeo omnes Religionem Reformatam ſequerentur, intereſſe tamen Reipublicæ, propter Illuſtres & nobiles Familias hos ordines cuſtodiri, ac proinde Politicos.*

Decedenti perſonam ejusdem Religionis ſubrogandam, & ſupra ad Num. 30. adverſum, & ad Ord. Cam. *pag. 190. n. 34.* monitum: Cauſam plenarie diſcusſit Willerus *in Schvvanm. Deciſ. Camer. VIII. n. 1. pag. 99.* quem ſecuti Buxtorf. *ad Aur. Bull. concl. 65.* Syring. *de P. R. th. 31.* Acta apud Maul. *de ead pag. 34. 35. & ſeq.* Affirmativa certisſima; *Limitatio* autem §. 23. non omittenda: nimirum, in caſibus plurium Capitularium, aut Canonicorum Catholicorum, in Beneficiis Auguſtanæ Confesſioni addictorum, mixtis item Epiſcopatibus, aut ubicunque; & pluri-

um

um Auguſtanæ Confeſsionis in Beneficiis Catholicorum; ſimiliter, aut mixtis, aut uſpiam, quam quot Anno 1624 fuerant, in Capitula cooptatorum: ut ſupernumerariis, Beneficia & Præbendas ad vitam quidem retinentibus, mortuis vero alterius Religionis, donec redintegratus fuerit utriusque Religionis, qui Anno 1624. fuerat, numerus, ſurrogaretur. De Capitulis *vel Evangelicis*, vel Catholicis, vel quibuscunque, & mixtis *art. V. dict.* §. *Quot Capitulares 23.* omnem, ut videtur, ambiguitatem ſuſtulit; circa ſequentes vero verſus id indeciſum remanere ajunt:

Quid juris, ſi certus Canonicorum numerus in fundatione præſcriptus, poſtea a Catholicis & Proteſtantibus poſſeſſus; Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto autem, cujus temporis jura, non antecedentem prætenſionem jurave reſpicimus, *ab utraque parte non completus fuerit, ſed mancus extiterit,* (non, an inpoſterum ſupplendus ſit, vel mancus relinquendus; de hiſce enim dubitare non convenit: ſed) *ex qua Religione tum in mixtis Epiſcopatibus ſup-*

plementum quærendum? An, ſi numerus fundationis *impar*, juxta potentiam alterutri fidei addictorum; ſi *par*, ex æquo numerus ſupplendorum deſignandus? Quid ſi ſedes vacantes numero impares? An æſtimabitur tempus ante vacationem proximum? An alia ratio ineunda? Supplendum omnino præſupponimus, alias obſervantiam ſæpe memorati fatalis Anni allegaremus. Cæterum, neque Leges, neque Senatusconſultaita ſcribi posſunt, ut omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendantur: Et acquieſcimus.

Tantum de Capitularibus; De *Exercitio Religionis* lex univerſalis ad Epiſcopatus mixtos *in fin.* etiam extenſa, ut, quod palam receptum permisſumque fuit Anno 1624 & jam juxta illius normam, reſtituatur & permaneat. ſed hic jus in liquido: De eo vero meditandum: *QVIS EPISCOPATVS, PRINCIPATVS, quave Reſpublica dici posſit & debeat eſſe MIXTÆ RELIGIONIS, ad eum, ut is, qui hic & pasſim in I. P. delineatur, obtineret, effectum? Reſpublicas* mixtas *nonnulli* nominavêre,

in

in quibus utriusqueReligionis cives inter ſe cohabitant, nihil, de habito exercitio, vel non habito, addentes, quod non ſuccedit. *Alii*, eas, in quibus utriusq; fidei publicum exercitium habetur, quod populari loquendi uſui ſatis accomodatum. *Alii* ſtrictisſime nuncupant illas, in quibus non ſolum publicum floreſcit exercitium, ſed & ubi munera publica adminiſtrationem Reipublicæ & jura Magiſtratus concernentia, ex utraque Religione ſelectis perſonis credita deprehenduntur. vid. Art. *V*. §. *3*. *cum ſeq*. In *Principatibus ſecularibus* &c. character é fide Regentis pendet; ſubditorum Jura ſuis in lege terminatis limitibus continentur. *EPISCOPATVS* autem *MIXTI*, *qui in hoc* §. *intelligendi*? Anno 1655 in Francofurtenſi Deputatorum Conventu disceptabatur; *Alii* eos, in quibus publicum Exercitium utrique Religioni conceſſum eſt & debetur, non attento, quæ ſit reliqua Regiminis Eccleſiaſtici aut Capitularium conſtituendorum ratio, intelligi volebant. *Alii* præterea requirebant communionem ſive participatio-

nem Jurium circa dictum Regimen, atque Capitulorum Was nun mixti Epiſcopatus ſeyen/ (ita Dnn. *CATHOLICI ad Rat. Aug. Confeſſ.* 4. dictat. in Cauſa Hildeſienſi:) das iſt in J. P. §. 4. (alias, 16.) illis verbis: ſicut etiam pariter in Epiſcopatibus & Eccleſiis, in quibus Catholicis & Aug. Confeſſionis Ordinibus mixta Jura admittuntur, &c. genugſam erleutert/ daß es nemlich allein an dem beſtehe/ wo die Canonici und Capitulares zweyerley religionibus zugethan ſeynd/ ꝛc. und iſt hierbey ſonderlich auch dieſes in Obacht zu halten/ daß wann dieſes pro Epiſcopatibus mixtis ſolten gehalten werden/ in welchen etwan in einer darunter gehörigen Statt/ Schloß/ Dorff oder Weiler ſich zweyerley Religion befinden ſollten/ daß ſolcher geſtalt faſt alle Ertz- und Biſchthümb im Reich Teutſcher Nation pro mixtis gehalten werden müßten/ ſo jedoch niemahls in quæſtione geweſen/ es auch die Catholiſchen Ertz- und Biſchöffe nimmermehr nachgeben könten/ dörfen/ noch ſollen. Quam ſententiam

juſtis

juſtis ſuis allatis rationibus, vel prætenſis, hodie quoque pro conſervandis Juribus defenſum eunt.

EVANGELICI, (ita enim nominati ſunt ab Imperio Pacificatore Confesſores Aug. Confesſionis, Inſtr. Pac. *art. X. §. ult.* ibi: *cum libero EVANGELICÆ RELIGIONIS exercitio juxta INVARIATAM AVGVSTANAM CONFESSIONEM perpetim fruendo. &c*) etiam extra hanc litem, ulterius magnopere referre putant: *DESIDEATNE apud Eccleſiaſticum Principem integra ſuperioritas? an vero Capitulares in partem veniant?* *ſi* enim *ſolius* Principis ſuprema Jurisdictio eſt, ſolius quoque Principis futuram Religionis poteſtatum: *ſin minus*; tum quatenus Capitulares in partem regiminis admittuntur, eatenus una Religionem ordinaturos: ſi ita *lege* capitulationis *cautum*; quod ſoli Epiſcopo non licet, licitum futurum illi cum Capitularibus; quæ omnia ad Lampadium, ex *Rep. Rom, Germ. p. 3. c. 11. §. 21.* & ad controverſiam famoſisſimo *RESERVATO* nuntiatam pertinent. *Non minus* tamen *ad illas* quæſtiones ſabbathi-

nas; de forma Regiminis in Epiſcopatibus, vel ſimplicibus, vel mixtis, & effectibus in publicis; itemque de Politia vel Religione ſtatuendi facultatibus; quas juxta notatas fundamentales differentias dimetiri aliquando neceſſum erit.

Hactenus de *Bonis Eccleſiaſticis IMMEDIATIS* oratio inſtituta, cui unicum adjicimus: Illuſtrisſimum Senatum Supremi Noſtri Judicii, cum tam ob Art. V. §. 14. quam Art. XII, pro Intereſſe Sereniſſimi Ducis Saxonico-Lauenburgici Dubium, neque vero id leve mediocrisve præjudicii, motum fuiſſet, Quæſtionem ad Imperatorem & Status decidendam, lata 6. Nov. 1667. memorabili Sententia, remiſisſe. Verba hæc erant:

In Executions-Sachen Weyland Herrn *AVGVSTI*, Poſtulirten Biſchoff zu Ratzenburgk/ jetzo Hn. CHRISTIAN/ Herzogen zu Mecklenburg/ Klägern; wieder auch weyland Herrn *MAGNVS*, jetzo Herrn *JVLIVM* FRANTZEN/ Hertzogen zu Sachſen Lauenburg Beklagten Citat ſuper novo Spolio: Seind Lic. K. und D. S. ihre der Declaration pœnæ, Execution

cution und Abſolution halben beſchehene Begehren noch zur zeit abgeſchlagẽ; Sondern iſt dieſer Sachen Beſchaffenheit nach von Ambtswegen der Beſcheid: woferꝛn die Herꝛn Klägere und Beklagte von der Käyſerlichen Mayeſtät und des H. Reichs Ständen gebührliche Erläuterung und Erklärung / daß dieſer ſpecial Caſus unter der Diſpoſition habitæ poſſeſſionis vel quaſi 1. Jan. Anno 1624. Inſtr. Pac. art. V. ſ. 3. (ſive in Editione vulgata §. 14.) auch begriffen / wie auch das Jus Reſtituendorum bey denen zu Münſter und Oßnabrück vorgeweſenen Tractäten in den Protocollis vorgekommen / und unter den Worten *Art. XII. ſalvo tamen Domus Saxonicæ Lauenburgicæ Iure*, dem in der durch D. S. am 10. Octobr. An. 1666. eingegebener Paritions Schrifft begriffenem Allegato nach / *decidirt* und *reſervirt* worden ſeye / vorbringen werden / daß alßdann ferner ergehen ſolle /

was recht iſt: Zu dem End beede Theil ihr am beſagten Tag und den 1. Sept. Anno 1662. einbrachte Schrifften gehöriger Orten / ob ſie wollen / vor- und anbringen mögen.

NUM. XXXIII.

Ad §. 25. De Bonis Eccleſiaſticis mediatis à parte Auguſtanæ Confeſſioni addictorum poſſeſſis, eorumque Juribus.

SEquitur *DE BONIS MEDIATIS.* In his Lex generalis: mediata quoque Bona ab Auguſtanæ Confeſſionis Statibus Calendis Januarii Anni 1624 poſſeſſa, remotis omnibus exceptionibus, pactis quibuscunque, litispendentiis, itemque irritis omnibus judicialibus ſive extrajudicialibus Proceſſibus, ab iisdem omnia & ſingula retineantur; quæ interverſa aut adempta, illis reſtituantur. Ut latius in d. § 25. *Hiſtoriam* & *Acta*, quæ ipſe habuerat, exponit Burgold, *ad* J. *P. part.* 2, *Diſc.* 13. Plenaria typis excuſa forte non-

nondum viſa ſunt; ea autem petenda ex Reſolutionibus Statuum, reſpective Osnabrugis & Monaſterii, dictatis; quas inter præcipua der Catholiſchen endliche Erklärung in puncto Gravaminū dictata Monaſterii den 21. Nov. 1646. §. Alle diejenige Mediat-Stiffter / ꝛc. cum §. §. 3. ſeq. Ex quibus notandum (1.) per verba Inſtr: Pac. ibi: *non attentis exceptionibus* &c. *aut quod non DE VEL IN territorio Auguſt. Confeſſ. Statuum. cum ſeq.* caſſatā tantopere efflagitatam, neque extra Pacis ſanciendæ circumſtantias injuſtam, à Catholicis *EXCEPTIONEM*, *Bona mediata occupata extra territorium occupantium ſita eſſe*; prætenſionemque, quam adverbum mox referemus, cecidiſſe. Verba d. §. Alle die jenige ꝛc. ſunt: doch ſollen hievon ausgenommen ſeyn die jenige Stiffter und Klöſter / ſo notorie extra territoria occupantium gelegen / als da ſeynd die in der Herrſchafft Hohenſtauffen / Graffſchafft Achalen und Herrſchafft Blaubeyren gelegene Klöſter / mit Nahmen Lorch / Adelberg / Blaubeyren / Pfullingen / item, das Kloſter Maulbrunn / HerrnAlb / St. Geor-

Görgen auff dem Schwartzwalld und Reichenbach. Domum quoque würtembergicam ſpeciali clauſula in §. 25. *verſ. interque illa ſpecialiter. &c.* ſalvatam.

(2.) Quid, in eventum judicatum iri, conjici poſſit, de Dubio per Dictaturam in Comitiis Anno 1653. Statibus communicato, ſcilicet; cum de Bonis Eccleſiaſticis mediatis intra vel extra occupantis territorium ſitis nihil ulterioris in lite: So wurde demnach beſtritten; Ob die jenige Geiſtliche Zinß und Güter / welche unter dem Gebieth eines Standes der Augſpurgiſchen Confeſſion gelegen / und von demſelben Anno 1624 und davor eingezogen worden / ob gleich das Kloſter / worzu ſonſten ſolche Zins und Güter von Alters hero gehörig geweſen / nicht unter demſelben Gebiet gelegen / in Krafft des §. Quæcunque Monaſteria, ihme förters verbleiben / und nicht wiederum zu dem Kloſter / worzu die fundirt und geſtifft waren/gefolgt werden ſollen? Spreng. *d. loc. pag. 255.* Id vero conjectatu haud difficile erit illi, qui verſ. *Vbi igitur ſupra dictorum &c.* mediocriter perpendere;

re; & *pertinentias*, *reditus*, *acceſſiones ubicunque ſitas* definire voluerit. Plura communicare nunc equidem non eſt *Conſultationis*, cui ſtricte inhæremus, *Cameralis*. Servabuntur uberiora ſpecialibus Tractationibus, publico, ſi Reip. videbitur, non defuturis.

Num. XXXIV.

Ad §. 26. De Bonis Eccleſiaſticis mediatis à parte Catholicorum; & poteſtate introducendi novos Religioſorum Ordines in eorum bona, ipſis, vel danda, vel deneganda.

IDem Juris, quoad Bona mediata Eccleſiaſtica, Catholicis relictum, *art. V.* §. *Omnia quoque 26*. Hinc plures ſcopuli, difficultates, multorũ & errores. Inſtrumentũ Pacis *d. loc.* Catholici, *ait*, poſſideant & ipſi ſimiliter, Utut in Auguſtanæ Confesſionis Statuum territoriis & ditioni-

tionibus Bona ſita ſint ; non tamen in alios Religioſorum Ordines, quam quorum Regulis primitus dicata ſunt, commutentur. Quare certi Religioſorum Ordines nominati? & ſpeciatim verba: *ex alio in Germania, ANTE DISSIDIA RELIGIONIS EXORTA, USITATO ORDINE novos Religioſos ſubſtituere.* ſuperaddita? nemo, qui id neſciat, adeo ſimplex erit. Id valdecontroverſum: *UTRUM VERBA: UTUT IN AUGUSTANÆ CONFESSIONIS &c. reſtrictive accipienda ſint? an ampliative?* Quæſiti ſenſus duplices; vel *ad poſſeſſiones bonorum mediatorum*, vel *ad introductiones memoratorum Ordinum*, applicandi: ſi *de bonis Eccleſiaſticis mediatis* res erit, quid evidentius, quam legem eſſe *extenſivam* & ampliativam, ut nimirum, ſicut Auguſtanæ Confeſſioni dediti, Eccleſiaſtica bona omnia mediata Calendis Januarii, ſive in, ſive de territorio, ſive in ſuo ſive alieno ſita, retinuere & recuperavere; ita & illi Mediata omnia retinerent, recuperarent, quorumcunque, ſive in proprio, ſive alieno ſitorum, poſſeſſio nominato tempore eorum erat, Lex loquitur; & aſſiſtit paritatis à lege ubique

conſiderata Juridica & æqua ratio. Si vero *de introductione aliorum Ordinum*; dicendum; *an introductio novorum Ordinum PROHIBITA ad illa ſola Bona Eccleſiaſtica, quæ in Auguſtanæ Confeſſionis Statuum territoriis ſita ſunt, reſtringenda? an* vero *etiam ad ea, quæ ipſi Catholici in ſuo territorio, civitateve municipali poſſident, extendenda?* Evidenter hic, & cum ſpecierum facti diſcrimine agendum: *MONASTERIA*, Fundationes & Sodalitia mediata deprehendi ſita, vel *in Status Catholici territorio proprio* vel *alieno*, Auguſtanæ Confeſſioni addicto Statui ſubjecto: ſi in *proprio*; eſſe id territorium locumve vel *mere Catholicum*, vel *mixtæ Religionis*: ſi *mixtæ*; aut quæri: *AN LICEAT novos Ordines ANTE DISSIDIA RELIGIONIS Germaniæ non receptos* noviter introducere; aut; *AN LICEAT alios, QVAM QVI Anno 1624* monaſterio præfuerant? Cum de Bonis Catholicorum *mediatis*, ſed *alius territorii*, res eſt, ſtabit non iniqua nobis ſententia; quod præcedenti Num. Evangelicis Juris in alieno datum, Catholicis quoque æquo & mutuo jure

ad-

adſerendum; in cæteris non diſcedi poſſe ab expreſſa lege, commutationem in alios Religioſorum Ordines, quam quorum Regulis primitus dicata ſunt, prohibente. In ſecundo caſu Bonorum *in Catholicorum proprio* ſitorum; ſi locus *mere Catholicus*, nihil Proteſtantes, quod prætendant, habere poſſunt; cum nullum illorum Intereſſe vertatur, & nulla diſceptatio de Jure alieni in alieno, Jure peregrini & exteri in terris, quoad hæc, peregrinis & exteris, eſſe debeat; libera & irreſtricta Catholicorum in locis, ſuæ ſolius Religionis exiſtentibus, diſponendi poteſtas, ſive circa novos Ordines, ſive alios quam qui Anno 1624 ibidem fuerant, conſervanda. In Epiſcopatibus *mixtis* vero, ſive, in Bonis, Civitatibus &c: ubi *utriusque Religionis publicum exercitium* viget, vel major pars Subditorum Auguſtanam Confesſionem ſequitur, quæſtionem penult. de poteſtate novis Ordinibus monaſteria mediata, concedendi, â Proteſtantibus negatam; â Catholicis, affirmatam; utrisque pro fundamento præſenti loco utentibus,

tibus; defenſam, in certo quodam caſu in cauſa W. contra C. novimus. Res amicabili compoſitione tranſacta. Ubi vero (præſuppoſitis mixtorum Epiſcopatuum æquivocis interpretationibus jam explicitis:) *jura Superioritatis* territorialis *inter utramque Religionem diſtincta*, Catholicos hiſce prætenſionibus ſponte abſtinuiſſe; pridem notatum eſt; ſi quid tentatum, honeſta declinatione id remotum. Ultima Quæſtio; nimirum: *AN PRINCIPI TERRITORII, ſecundum ea, quæ in membro primo caſus pen. dicta, mixti, juſte prohiberi poſſit, ne habitationem in aliquo cœnobio aliis Eccleſiaſticis per mitteret, niſi qui Anno 1624 ibidem ſacra fecerunt?* magnis ſtudiis in Comitiis Ratisbon. Anno 1653 & in Conventu Deputator. Francof. Anno 1655 ventilata. *Catholici* hiſce movebantur: non ſolum Juri & Superioritati Territotiali adverſare, in monaſterio ſuo in territorio exiſtente, & Domino indubie nunc & ſemper ſubjecto, non licere Ordines ſibi electos in poſſesſionem ſibi adſciſcere; ſed & Paci Religionis Anno 1555 initæ incon-

veniens eſſe, ex qua Catholici id Juris quiete habuerunt, & poſſederunt; Standum itaque, cum Civitas ſubdita, ſe nihil omnino unquam Juris in Monaſterio quæſtionis habuiſſe, non cogeretur non fateri, eamque ita, ut oportebat, ad Conſtitutiones de mixtis Epiſcopatibus &c. non qualificatam, urgeretur, & Juris territorialis eminentiæ, & Pacis Religioſæ in Tractatibus weſtphalicis expreſſe non abrogatæ Regulis, donec contrarium conſtitutum liquidis indiciis probetur. Econtra *Proteſtantes* ſimpliciter ſtatum Anni 1624 reſpectum volunt, ut, quodcunque tum non fuit, inpoſterum quoque omitteretur: Legem inſuper de Epiſcopatibus mixtis in Art. *V.* §. *23 in fin.* ſatis, ut putant, manifeſtam allegantes; Reliqua Jura in ſæpe dicto §. 26. eo fine collocant, ne Catholicis liceret, ſive in loco, qualis nominatus, proprio, ſive in alieno territorio fundatis monaſteriis alios Religioſorum Ordines inſerere, quam qui An. 1624, vel aliqua ejus parte ibidem fuerunt. Memorabilia utriusque partis Acta, tam a parte Archi-Epiſcopi

Ele-

Electoris Colonienſis, tanquam Epiſcopi Hildeſienſis, quam Civitatis Hildeſienſis ratione reſtituendi Ordinis Capucinorum in Collegium B. Virginis ibidem, exhibentur a Georgio Phil. Harsdörffer *Part. 2. Secretar. part. 4.* Et ſummatim colligunt Sprenger. *lib. 2. Inſtitut. Iur. Publ. cap. 3. quæſt. 6.* Burgold. *ad I. P. part. 2. Diſc. 9.* Liti finem Tranſactio non injuſta dedit: Controverſia ipſa hæret.

Si Ordo ille in Germania plane interciderit, Magiſtratui Catholicorum liberum, ex alio in Germania ante disſidia Religionis exorta uſitato ordine novos Religioſos inſtituere. Inſtr. Paç. *d. loc. verſ. tunc enim &c.*

Sed *QVÆ DISSIDIA Religionis, quæve eorum Periodus, intelligenda? An*, quæ primo cum VValdenſibus orta? *An* quæ ab An. 1517 ortuque LUTHERI computari ſolita? Dubium movit Spreng. *Font. Iur. Publ. pag. 242.* Poſteriorem Periodum à Pacificatoribus intellectam, dubito, an quis unquam hæſitaverit? admittendos itaq; Dominicanos & Franciſcanos, quibus Sprengerus metuiſſe videtur: ne-

I 2 que

que enim VValdenſium cauſa proprie ad Rem Germanicam, magis autem Galliarum, pertinet; licet eorum doctrina, & perſonarum exilium, Germaniæ ſatis innotuiſſet. Hiſtoriam rerum geſtarum conſignat Jac. Aug. Thuanus *lib. 27. Hiſtor. ad Annum 1560.* Articulos profeſſæ fidei, Catalogus teſtium veritatis Lautenbachii *pag. 263.* Utraque, Chronica VValdenſia. Interceſſiones vero Sereniſſimorum Electorum, Brandenburgici & Palatini, Acta Deputationis Francofurtenſis.

NUM XXXV.

Ad §. 48. De Jure Diœceſano & Jurisdictione Eccleſiaſtica Catholicorum: in ſubditos alienos; & proprios. Quid Juris à parte Proteſtantium? cum aliis.

INſertus hic difficilis & ſatis ſalebroſus locus *DE IURE DIOECESANO* & tota *IURISDICTIONE ECCLESIASTICA* Catho-

Catholicorum contra Auguſtanæ Confesſionis Status, eorumq; ſubditos, usque ad Chriſtianam Compoſitionem disſidii Religionis ſuſpenſa. *Art. V. §. 48.* *IVS EPISCOPALE*, ex quo omne, quicquid litigiorum in præſenti eſt, ſuos fontes derivavit, cujusque partes ſunt, *Iurisdictio Eccleſiaſtica* & *jus diœceſanum*, univerſitatem quandam Jurium complecti, ex his Pacis diſpoſitionibus ſatis eluceſcit. Thom. Merckelbach *ap. Klock. vol. 1. Conſ. 20. n. 325.* D. Mevius *p. 2. Deciſ. Viſmar. 305. n. 3.* Complexum quatuor partes, conſiſtentes in *Ordine*, *Lege Diœceſana*, *Iurisdictione*, & denique *ſtatu & dignitate*; licet tres priores Canoniſtæ ſolas, teſtimonio Laur. Oehm. *de Iur. Epiſc. th. 15.* agnoſcant, quos ſecutus Mevius *alleg. loc.* & hujus quoque inſtituti rationes probare voluêre, cum de ſtatu & dignitate Epiſcopali ipſa Pragmatica lex ex profeſſo agere noluerit. Quæ autem ad hæc tempora ab Interpretibus mota, *definitiones Iurium* concernunt, *& ſtatum, qualis eorum eſt, in Germanorum Imperio*: quæ ſingulatim dicenda:

ORDINIS ſunt, quæ circa cenſuram Ecclesiarum, itemque uſum & adminiſtrationem Sacramentorum, (ut verba ſunt Inſtr. Pac. Art. XIII. §. 8.) prædicationem verbi Divini &c. verſantur. Oehm. *cit. loc. th.* 16.

JURIS DIOECESANI, præter debitam poſſeſſori reverentiam, præcipuæ partes ſunt: Adminiſtratio rerum & bonorum Eccleſiæ omnium, Conſervatio; ſi opus, alienatio, & vindicatio; Oeconomorum & Proviſorum conſtitutio, & dimiſſio; Religioſarum ædium, cum adminiſtratione, etiam quoad diſciplinam, inſpectio & proviſio; Decimarum exactiones, &c. Viſitatio; Synodorum convocatio; Collectarum in ſubſidium charitativum indictio &c. quas pluribus exponit Oehm. *in tom. 2. Diſp. Baſil. IX. th.* 17. *JURISDICTIO ECCLESIASTICA* ſibi vindicat, Cognitionem de cauſis Clericorum civilibus, criminalibus, & ſpiritualibus; Laicorum vero ſpiritualibus, & definitionem; Cenſuræ Eccleſiaſticæ, (quam partim, ut ſupra, illis quæ ſunt Ordinis adſcribunt:) in Diœceſanos

meri-

meritos quos cunque uſurpationem, ab ea abſolutionem; Cauſarum Matrimonialium judicia; in illis diſpenſationem, cum aliis. quas definitiones breves quidem, plenas tamen & ſolidas eſſe exiſtimavit *d. l.* Mevius. *STATVS univerſæ IVRISDICTIONIS ECCLESIASTICÆ* in Germania *duabus rationibus* delineandus: *qualis ſit inter Catholicos & Proteſtantes in contradictorio conſtitutos?* unâ; &, *quis inter Proteſtantes inter ſe invicem?* altera. *STATVS INTER PROTESTANTES ET CATHOLICOS* controverſus hic eſt: *AN IVRISDICTIO CATHOLICORVM Eccleſiaſtica caſſata, & ſublata ſit penitus? an ſolum ſuspenſa?* cum de ſubditis alienis non tantum, ſed & Electoribus, Principibus, Rebuspublicis S. R. J. agendum: *ſuspenſam* eſſe textus expreſſus conſtituit. *Caſſatam* dicere ſine lege non poſſumus. ſi *ſuspenſa*; regeri ſolet: Proteſtantes eam Jure proprio, territoriali, dominico, & exinde formato Jure Epiſcopali non posſidere de præſenti, nec in poſteruum posſidere poſſe: Titulum itaque posſesſioni vel quaſi alium quærendum:

dum: ſeque juſtis conſequentiis argumentari; ante magnum illud disſidium omnem Jurisdictionem Eccleſiaſticorum fuiſſe; poſt disſidium in dubium vocatam, & labefactatam; Anno quinquageſimo quinto præter ſolam ſuspenſionem nihil impetratum, nec aliquid pluris Pacem Monaſterienſem largitam; verſari alteram partem in punctis retinendorum jurium; amisſionem integram ex Pacificationibus probandam; ſimiliter acquiſitionem, quæ Jure proprio niteretur, ab altera parte; Inſtrumentum Pacis magna circumſpectione, cum de his agitur, loqui; Majore, inter ſublationem & ſuspenſionem diſtinguere; (Vid. Art. V. §. 48. & Art. XIII. §. 8.) & quidem ſatis Juridice; juxta Merckelb. *d. l. n. 341.* Mev. *d. l. n. 11.* ut magis per communem opinionem, ne dicam errorem, quam legis authoritatem, ex ſuſpenſa Jurisdictione Eccleſiaſtica præcipuum factum ſit Juriſconſultorum argumentum de ea privative Statibus Imperii competente, ut inquit *d. l.* Mevius. Majore errore quærunt: *AN ITAQVE*

IN

IN Status translata? Translatio enim præſupponit duo neceſſaria, *ademtionem* omnimodam vel aliquam, ſaltem certam, à parte prioris poſsidentis; & *collationem* plenariam vel aliquam, ſaltem etiam certam, à parte poſſeſſoris ſecundi: *Priorem* unquam factam, neque lex, neque legis ratio probare poſſunt. Mev. (*d. l. n. 13.*) *Poſteriorem*, non magis; Lex enim ſuſpendit eam, non tribuit ulli, nec in ullum transfert; cum & ex *l. ſi inter. 15. D. de Except. rei jud.* non ſequatur, tuum non eſt, ergo meum eſt, cum nec tuum nec meum eſſe poſsit; Wie dann auch die vorgebildete Translation den Wörtern: ſoll in ruh ſtehen/eingeſtellt ꝛc. ſchnurſtracks zu wider laufft: deſſen zu geſchweigen/ daß in §. damit auch ꝛc. mit runden teutſchen Worten zuvor vermeldet / daß die Geiſtliche Jurisdiction nicht exercirt, gebraucht oder geübt werden ſoll. Merckelb. *d. l. n. 344.* Unde factum, ut crederetur, *RECTIUS* eos ſentire, qui dicunt, ea Jura ceſsiſſe, vel manſiſſe ſuſpenſa occupantibus, aut ſi non fuerunt occupata, in priſtinum ſtatum rediiſſe: licet translatio-

nem defendant citati à Conſulente *d. l. n. 333.* junctis Ming. *de ſuper. territor. cap. 5. th. 62.* Syring. *de P. R. th. 20.* Myler. *de Stat. Imp. cap. 82.* Carpzov. *Iurispr. Conſiſt. lib. 1. tit. 1. def. 1. & 2.* Burgold. *ad Inſtr. Pac. part. 2. diſc. 17. §. 6.* Atque ita, cum fundamina translationis realis labaſcerent, rurſus orti diverſæ ſectæ autores; quorum *alii* crediderunt, non quidem ita plenarie factam in Proteſtantes translationem, ut poſſesſio tam qualificato dominico titulo ſubſiſtere poſſet, eſſe tamen apud illos quaſi in depoſito. Matth. Stephani *de Iurisdict. lib. 3. part. 1 cap. 1. n. 36. & lib. 3. part. 1. cap. 15. n. 6.* Verum, qua ratione perpetuus inſignis illius poteſtatis uſus, exercitium, uſurpationes, & cæteri effectus cum depoſiti titulo conſiſtere posſint, nondum deprehenſum eſt. *Alii*; ſuſpenſionem ſaltem eò cooperatam eſſe, ut exinde fieret Jus territorii, quibus obſiſtunt opiniones cæterorũ, acriter firmantium ſententiam; Jura territorialia & ſuperioritatis multo antiquiora eſſe his prætenſis Juribus; hæc ab illis, non illa ab his dependere: & porro,

ro, nihil argumenti hujus effectus in lege eſſe; & ſi; poteſtatem illam magis in Interimiſtico permiſſo exercitio, quam radicali illo territorii Jure fundari: ut ex Commentariis noſtrorum uberius liquet. *Reliqui*, *hiſce* ſepoſitis, non modo poſſesſionem vel quaſi, ſed & plenarium dominium per verba §. 48. quoad uniuscujusque Status territorium proprium, non alienum, confirmatum, adſeruere; ibi: *& intra terminos territorii cujusque ius Diœceſanum & Iurisdictio Eccleſiaſtica ſe contineant. &c.* Quæſtionis *expeditio* ea tutisſima: Quandoquidem de *alieno* territorio & juribus in eo exercendis, litigatum: Jus Diœceſanum & Jurisdictionem tam inter Catholicos & Proteſtantes, quam Proteſtantes inter ſe, ſuſpenſam eſſe & futuram; nihil alii in alîus terris ſub hoc prætextu Juris relictum, vel relinquendum, usque ad compoſitionem Chriſtianam disſidii Religionis: Posſesſorium, *in proprio*, Eccleſiaſticæ Jurisdictionis, Lege Imperii pragmatica definitum. Petitorium (ſive de Juribus dominialibus, vel præſcriptis, vel pridem ha-

habitis, & cæteras diſceptationes,) aliò relegandum: hic id definiri nolle.

De Jure Epiſcopali & ejus partibus *INTER PROTESTANTES INTER SE*; tres notandi caſus; controvertentis *Domini cum ſubditis*; vel *non ſubditis*; Illis, vel ſpecialiter *exemptis*; vel *ſecus*. *Vltimum* reſolvunt Conſiſtorialia Jura Proteſtantium, & Carpzoviana. De *medio* Dn. Merckelbach & Buxtorffius *d. conſ. 20. n. 328*. conſuluêre: daß bey den Ständen der Augſpurgiſchen Confeſſion das Jus Epiſcopale viel engern cancellis und Schrancken eingeſchloſſen / und allein ad verbi divini prædicationem, ſacramentorum adminiſtrationem, poteſtatem clavium reſtringirt iſt/welche Jura den Superintendenten und Pfarrherrn A. C. nochmahls verſtattet / aber darbey auch die munia ſacerdotii à diſciplina Eccleſiaſtica unterſchieden worden / ꝛc. Und (*eſt num. 335.*) dieweil wie gehöret/ die Jura ſacrorum, ſo viel die Proteſtirende anlangt / ad primævam naturam reducirt und alſo in die enge gefaſt / ſcheints daß die anmaſſung omnium Jurium Epiſcopalium faſt ungereumt ſeye/

ſeye / vorab gegen die jenige / ſo mit den Proteſtirenden Ständen in der Glaubens-Bekäntnüs einſtimmig seyn / ꝛc. *add. notab. verſ. 345.* Anſam *Conſilio* dedit cauſa inter Dominos Comites de Walldeck, & ipſis ſubjectam Civitatem municipalem Corbacenſem, controverſa. *Deciſioni*, illuſtri Mevio, cauſa der Stadt Stralſundt / contra die Königliche Pomeriſche Regierung. *Lis*: *de* poteſtate Civitatis municipalis circa pertinentia ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam &c. ut & de qualitate devoluti poſſeſſorii ſæpe dictæ Jurisdictionis ad Territoriorum ſuperiores Dominos; poteſtate ſubditorum vel conſervanda, vel, in hiſce, deſtruenda. *Quandoquidem vero* manifeſti Juris eſt, hujusmodi Jura præſcriptione, privilegiis, pactis & transactionibus, aliisve legitimis modis acquiri poſſe; poſſeſſionem Proteſtantibus datam intelligendam ſalvo Jure anterioris, licet ſubditi, ejusdem Religionis poſſeſſoris; ſi quæ præſcripta, poſſeſſa, introducta æquali utriusque fide, non adimi poſſe; omnem Juris Epiſcopalis ad Status tranſitionem ac-

accipiendam, ſalvis alterius privilegiis, exemtionibus, conſuetudinibus; facile erit ei, qui Merckelbachii & Mevii *dd. loca* conſilio adeſſe juſſerit, de Jure & juſtitia Principis Statusve alîus in ſuos ſubditos licentiæ, decernere. Si *inter Proteſtantes* quidem, ſed *Status adverſus non ſubditum alium, vel mediatum, vel immediatum* controvertatur; inanem eſſe prætenſoris Jurisdictionem, publicæ §. 48 leges, dixere: ad quas, quoad Catholicorum poteſtatem in alieno, redeundum:

Quæſtio ſuccedanea hæc eſt: *AN ILLA LIBERTAS ab omnibus partibus ejus Jurisdictionis ſoluta intelligenda, an ſaltem quibusdam?* Olim cauſæ ſpirituales, quæ fidem Religionisque Exercitium Proteſtantium *principaliter* concernunt: ab iis, quæ *indifferentes* ſunt, & inter Catholicos & Auguſtanæ Confesſioni addictos æque obſervantur, ut ſunt cauſæ matrimoniales, divortii, (exceptis quibusdam differentiis, Gylm. *tom. 1. Symphor. part. 1. tit. 3. fol. 187. n. 1.*) Simoniæ, Decimarum &c. diligenter diſcretæ, Sprenger. *Synopſ. Iur. Publ. cap. 3. pag. 46.* Jurisdictio

dictio quoque Eccleſiaſtica Exercitio Religionis Proteſtantium *præjudicatura* ſive id impeditura; ab eâ ejusque partibus illud *non inpedientibus*, ſéparata. Ita legislator in R. J. 1555. §. damit auch. 21. *verſ. ult.* ibi: Aber in andern Sachen und Fällen der Augſpurgiſchen Confesſion, Religion, Glauben / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen / Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend / ſoll und mag die Geiſtliche Jurisdiction durch die Ertz-Biſchöffe ꝛc. wie deren Exercitium an einem jeden Ort hergebracht / und ſie in deren Ubung / Gebrauch und Posſesſion ſind / hinfüro / wie bißher / unverhindert exercirt / geübt und gebraucht werden. Gravam. Cathol. de Anno 1576. Syring. *De Pac. Relig. th.* 18. *D.* Bruning *de var. Univerſ. ſpec. concl.* 20. *lit. b.* Domini *CATHOLICI* in ihrer Endlichen Erklärung / in puncto Gravam. dictata Monaſterii 21. Nov. 1646. ita exiſtimaverunt: Die Geiſtliche Jurisdiction betreffend / hat es bey dem Innhalt des auffgerichteten Religion-Friedens. §. damit auch ꝛc. ſein verbleiben; jedoch / was die Ehe-Sachen an-

anbelangt / **wo beede Partheyen der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethan** / und deroſelben Weltliche Obrigkeit Anno 1624 in übung der Judicatur geweſen ſeynd / ſollen ſolche Partheyen vor ihrer Weltlichen Obrigkeit einander mit Recht zu ſuchen befugt / und vor den Geiſtlichen Conſiſtoriis und Chor-Gerichten der Catholiſchen zu erſcheinen nicht ſchuldig ſeyn: desgleichen / **wann die Beklagte Perſon der Augſpurgiſchen Confeſſion verwand** / ſelbige auch vor dergleichen Obrigkeit / ſo in exercitio judicandi Anno 1624 waren / gewieſen; hingegen / **wann dieſelbe Catholiſch** / vor dem Biſchöfflichen Catholiſchen Conſiſtorio berechtiget werden. **In allen andern Fällen aber** ſolle den Ertz- und Biſchöfen der alten Religion kein Eingriff geſchehen; Sonderlich aber denſelben die Jurisdiction über die jenige Clöſter / Geiſtliche Güter und Perſonen / ſo bey den Catholiſchen vermög dieſes Vergleichs bleiben / viſitando, corrigendo & con-

fir-

firmando ungeſchwächt vorbehalten ſeyn. Ita & in Catalogo Discrepant. inter Catholicos & Proteſtantes poſt Conventum Monaſterii habitum 10. & 11. Novembr. 1646. art. 18. §. 1. Hunc etiam ſenſum & hodie deſiderant, ut non obſcuris conſtat indiciis; Catholici. Vid. argum. ICtorum Dillingenſ. *infra citando loc.* junct. Gravamin. eorund. & noſtræ ætatis ſcriptoribus. Repugnant *PROTESTANTES*; diſtinctionem hanc ſublatam; nullum inter cauſas medias, ſive adiaphoras, & reliquas; cognitionem Proteſtantes impedientem vel ſecus; ſupereſſe, contendentes: Confiſi patrocinio textus Inſtr. Pac. hic, in verbis: *cum omnibus ſuis ſpeciebus &c.* Quibus addunt priſcam Cameræ Imperialis Judicii obſervantiam apud Gylm. *cit. loc.* (quamvis non illam tantum; ſed & complures alias Relationes & Vota; ut A Catholica, falſa; abſurda; & cum Pacis violatione edita (ſalvo quorumcunque prudentiorum legitimorum Contradictorum judicio) rejiciant Dillingenſ. *ICti cap. 6. Compoſ. Pac. quæſt. 42. n. 108. & paſſ.* Bruning. *cit. concl.*

 & in

anbelangt / wo beede Partheyen der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethan / und deroſelben Weltliche Obrigkeit Anno 1624 in übung der Judicatur geweſen ſeynd / ſollen ſolche Partheyen vor ihrer Weltlichen Obrigkeit einander mit Recht zu ſuchen befugt / und vor den Geiſtlichen Conſiſtoriis und Chor-Gerichten der Catholiſchen zu erſcheinen nicht ſchuldig ſeyn: desgleichen / wann die Beklagte Perſon der Augſpurgiſchen Confeſſion verwand / ſelbige auch vor dergleichen Obrigkeit / ſo in exercitio judicandi Anno 1624 waren / gewieſen; hingegen / wann dieſelbe Catholiſch / vor dem Biſchöfflichen Catholiſchen Conſiſtorio berechtiget werden. In allen andern Fällen aber ſolle den Ertz- und Biſchöfen der alten Religion kein Eingriff geſchehen; Sonderlich aber denſelben die Juriſdiction über die jenige Clöſter / Geiſtliche Güter und Perſonen / ſo bey den Catholiſchen vermög dieſes Vergleichs bleiben / viſitando, corrigendo & con-

fir-

firmando ungeſchwächt vorbehalten ſeyn. Ita & in Catalogo Discrepant. inter Catholicos & Proteſtantes poſt Conventum Monaſterii habitum 10. & 11. Novembr. 1646. art. 18. §. 1. Hunc etiam ſenſum & hodie deſiderant, ut non obſcuris conſtat indiciis; Catholici. Vid. argum. ICtorum Dillingenſ. *infra citando loc.* junct. Gravamin. eorund. & noſtræ ætatis ſcriptoribus. Repugnant *PROTESTANTES*; diſtinctionem hanc ſublatam; nullum inter cauſas medias, ſive adiaphoras, & reliquas; cognitionem Proteſtantes impedientem vel ſecus; ſupereſſe, contendentes: Confiſi patrocinio textus Inſtr. Pac. hic, in verbis: *cum omnibus ſuis ſpeciebus &c.* Quibus addunt priſcam Cameræ Imperialis Judicii obſervantiam apud Gylm. *cit. loc.* (quamvis non illam tantum; ſed & complures alias Relationes & Vota; ut A Catholica, falſa; abſurda, & cum Pacis violatione edita (ſalvo quorumcunque prudentiorum legitimorum Contradictorum judicio) rejiciant Dillingenſ. *ICti cap. 6. Compoſ. Pac. quæſt. 42. n. 108. & paſſ.* Bruning. *cit. concl.*

anbelangt / wo beede Partheyen der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethan / und deroſelben Weltliche Obrigkeit Anno 1624 in übung der Judicatur geweſen ſeynd / ſollen ſolche Partheyen vor ihrer Weltlichen Obrigkeit einander mit Recht zu ſuchen befugt / und vor den Geiſtlichen Conſiſtoriis und Chor-Gerichten der Catholiſchen zu erſcheinen nicht ſchuldig ſeyn: desgleichen / wann die Beklagte Perſon der Augſpurgiſchen Confeſſion verwand / ſelbige auch vor dergleichen Obrigkeit / ſo in exercitio judicandi Anno 1624 waren / gewieſen; hingegen / wann dieſelbe Catholiſch / vor dem Biſchöfflichen Catholiſchen Conſiſtorio berechtiget werden. In allen andern Fällen aber ſolle den Ertz- und Biſchöfen der alten Religion kein Eingriff geſchehen; Sonderlich aber denſelben die Jurisdiction über die jenige Clöſter / Geiſtliche Güter und Perſonen / ſo bey den Catholiſchen vermög dieſes Vergleichs bleiben / viſitando, corrigendo & con-

fir-

firmando ungeſchwächt vorbehalten ſeyn. Ita & in Catalogo Discrepant. inter Catholicos & Proteſtantes poſt Conventum Monaſterii habitum 10. & 11. Novembr. 1646. art. 18. §. 1. Hunc etiam ſenſum & hodie deſiderant, ut non obſcuris conſtat indiciis, Catholici. Vid. argum. ICtorum Dillingenſ. *infra citando loc.* junct. Gravamin. eorund. & noſtræ ætatis ſcriptoribus. Repugnant *PROTESTANTES*; diſtinctionem hanc ſublatam; nullum inter cauſas medias, ſive adiaphoras, & reliquas; cognitionem Proteſtantes impedientem vel ſecus; ſupereſſe, contendentes: Confiſi patrocinio textus Inſtr. Pac. hic, in verbis: *cum omnibus ſuis ſpeciebus &c.* Quibus addunt priſcam Cameræ Imperialis Judicii obſervantiam apud Gylm. *cit. loc.* (quamvis non illam tantum; ſed & complures alias Relationes & Vota; ut A Catholica, falſa; abſurda; & cum Pacis violatione edita (ſalvo quorumcunque prudentiorum legitimorum Contradictorum judicio) rejiciant Dillingenſ. *ICti cap. 6. Compoſ. Pac. quæſt. 42. n. 108. & paſſ.* Bruning. *cit. concl.*

K & in

anbelangt / wo beede Partheyen der Augſpurgiſchen Confesſion zugethan / und deroſelben Weltliche Obrigkeit Anno 1624 in übung der Judicatur geweſen ſeynd / ſollen ſolche Partheyen vor ihrer Weltlichen Obrigkeit einander mit Recht zu ſuchen befugt / und vor den Geiſtlichen Conſiſtoriis und Chor-Gerichten der Catholiſchen zu erſcheinen nicht ſchuldig ſeyn: desgleichen / wann die Beklagte Perſon der Augſpurgiſchen Confesſion verwand / ſelbige auch vor dergleichen Obrigkeit / ſo in exercitio judicandi Anno 1624 waren / gewieſen; hingegen / wann dieſelbe Catholiſch / vor dem Biſchöfflichen Catholiſchen Conſiſtorio berechtiget werden. In allen andern Fällen aber ſolle den Ertz- und Biſchöfen der alten Religion kein Eingriff geſchehen; Sonderlich aber denſelben die Jurisdiction über die jenige Clöſter / Geiſtliche Güter und Perſonen / ſo bey den Catholiſchen vermög dieſes Vergleichs bleiben / viſitando, corrigendo & con-

fir-

firmando ungeſchwächt vorbehalten ſeyn. Ita & in Catalogo Diſcrepant. inter Catholicos & Proteſtantes poſt Conventum Monaſterii habitum 10. & 11. Novembr. 1646. art. 18. §. 1. Hunc etiam ſenſum & hodie deſiderant, ut non obſcuris conſtat indiciis, Catholici. Vid. argum. ICtorum Dillingenſ. *infra citando loc.* junct. Gravamin. eorund. & noſtræ ætatis ſcriptoribus. Repugnant *PROTESTANTES*; diſtinctionem hanc ſublatam; nullum inter cauſas medias, ſive adiaphoras, & reliquas; cognitionem Proteſtantes impedientem vel ſecus; ſupereſſe, contendentes: Confiſi patrocinio textus Inſtr. Pac. hic, in verbis: *cum omnibus ſuis ſpeciebus &c.* Quibus addunt priſcam Cameræ Imperialis Judicii obſervantiam apud Gylm. *cit. loc.* (quamvis non illam tantum, ſed & complures alias Relationes & Vota, ut A Catholica, falſa, abſurda, & cum Pacis violatione edita (ſalvo quorumcunque prudentiorum legitimorum Contradictorum judicio) rejiciant Dillingenſ. *ICti cap. 6. Compoſ. Pac. quæſt. 42. n. 108. & paſſ.* Bruning. *cit. concl.*

K   & in

accipiendam, ſalvis alterius privilegiis; exemtionibus, conſuetudinibus; facile erit ei, qui Merckelbachii & Mevii *dd. loca* conſilio adeſſe juſſerit, de Jure & juſtitia Principis Statusve alîus in ſuos ſubditos licentiæ, decernere. Si *inter Proteſtantes* quidem, ſed *Status adverſus non ſubditum alium, vel mediatum, vel immediatum* controvertatur; inanem eſſe prætenſoris Jurisdictionem, publicæ §. 48 leges, dixere: ad quas, quoad Catholicorum poteſtatem in alieno, redeundum:

Quæſtio ſuccedanea hæc eſt: *AN ILLA LIBERTAS ab omnibus partibus ejus Jurisdictionis ſoluta intelligenda, an ſaltem quibusdam?* Olim cauſæ ſpirituales, quæ fidem Religionisque Exercitium Proteſtantium *principaliter* concernunt: ab iis, quæ *indifferentes* ſunt, & inter Catholicos & Auguſtanæ Confesſioni addictos æque obſervantur, ut ſunt cauſæ matrimoniales, divortii, (exceptis quibusdam differentiis, Gylm. *tom. 1. Symphor. part. 1. tit. 3. fol. 187. n. 1.*) Simoniæ, Decimarum &c. diligenter diſcretæ, Sprenger. *Synopſ. Iur. Publ. cap. 3. pag. 46.* Jurisdictio

dictio quoque Eccleſiaſtica Exercitio Religionis Proteſtantium *præjudicatura* ſive id impeditura; ab eâ ejusque partibus illud *non inpedientibus*, ſeparata. Ita legislator in R. J. 1555. §. damit auch. 21. *verſ. ult.* ibi: Aber in andern Sachen und Fällen der Augſpurgiſchen Confesſion, Religion, Glauben / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen / Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend / ſoll und mag die Geiſtliche Jurisdiction durch die Ertz-Biſchöffe ꝛc. wie deren Exercitium an einem jeden Ort hergebracht / und ſie in deren Ubung / Gebrauch und Posſesſion ſind / hinfüro / wie bißher / unverhindert exercirt / geübt und gebraucht werden. Gravam. Cathol. de Anno 1576. Syring. *De Pac. Relig. th.* 18. *D.* Bruning *de var. Univerſ. ſpec. concl.* 20. *lit. b.* Domini *CATHOLICI* in ihrer Endlichen Erklärung / in puncto Gravam. dictata Monaſterii 21. Nov. 1646. ita exiſtimaverunt: Die Geiſtliche Jurisdiction betreffend / hat es bey dem Innhalt des auffgerichteten Religion-Friedens. §. damit auch ꝛc. ſein verbleiben; jedoch / was die Ehe-Sachen an-

firmando ungeſchwächt vorbehalten ſeyn. Ita & in Catalogo Discrepant. inter Catholicos & Proteſtantes poſt Conventum Monaſterii habitum 10. & 11. Novembr. 1646. art. 18. §. 1. Hunc etiam ſenſum & hodie deſiderant, ut non obſcuris conſtat indiciis, Catholici. Vid. argum. ICtorum Dillingenſ. *infra citando loc.* junct. Gravamin. eorund. & noſtræ ætatis ſcriptoribus. Repugnant *PROTESTANTES*; diſtinctionem hanc ſublatam; nullum inter cauſas medias, ſive adiaphoras, & reliquas; cognitionem Proteſtantes impedientem vel ſecus; ſupereſſe, contendentes: Confiſi patrocinio textus Inſtr. Pac. hic, in verbis: *cum omnibus ſuis ſpeciebus &c.* Quibus addunt priſcam Cameræ Imperialis Judicii obſervantiam apud Gylm. *cit. loc.* (quamvis non illam tantum; ſed & complures alias Relationes & Vota; ut A Catholica, falſa, abſurda; & cum Pacis violatione edita (ſalvo quorumcunque prudentiorum legitimorum Contradictorum judicio) rejiciant Dillingenſ. *ICti cap. 6. Compoſ. Pac. quæſt. 42. n. 108. & paſſ.* Bruning. *cit. concl.*

2. Iurisd. Trib. Reg. Viſmar. deciſ. 365, n. 9, convenire non ambigitur. Et, ſi, cum de litibus matrimoniorum oratio eſt, licet ad ſingularis de Judice Statuum Imperii Proteſtantium in cauſis matrimonialibus controverſiæ partem unicam, ſalva cujuſcunque potentioris & prudentioris autoritate, digrediamur, paucisque, ex Miſcellis *per Epiſtolam quæſitis* noſtris, verſibus agemus.

*

* *

Conſultiper Epiſtolam de Prænobilis Politici *de I. S. P. G. cap. 28. in fin.* nuperrime publicata opinione, qua aſſeruit: *quod Principes ſaltem PROTESTANTES nullum in matrimonialibus cauſis Iudicem agnoſcunt, id nullam aliam rationem habere, quàm quod perſonæ Principum ſunt LIBERÆ, ideoque in iis, quæ MERE PERSONALIA ſunt, qualis eſt matrimonii obligatio, non niſi conſcientiæ vinculo obſtringi poſſunt.* Novam, *reſponderunt*, eſſe, & Statui noſtræ Reip. valde, ut videtur, diſſuadendam ſententiam; ſatis etiam apparere, cauſam ibidem Advocato ſtudio ardenti

(ut ipſe ad Lectorem ait:) commendatam. Namque, Primo, quod perſonas Principum *liberas* appellamus, intelligendum; ſalvis Reipublicæ Germanicæ; quibus ſe, ut membra, vel *tacite*, vel *expreſſe*, obſtrinxerant, legibus: obſtrinxere autem ſe *expreſſe*; in mutuis cum Cæſaribus & Conſtatibus Conventionibus; Capitulationibus, Receſſibus; Pacificationibus &c. *Tacite*; per ipſam coitionem in noſtræ Reip. ſocietatem; cujus coitionis prima ſtatim *Lex fundamentalis* & inevitabilis in limine dicta eſt: *nolle* futurum Concivem injuria quacunque adficere; *nolle* illi juſtitiam denegare; *nolle* ſe cum damno contumeliave alterius ſe efferre: quod ſane neceſſario eveniret, ſi memorati Principes; aut neminem omnino vellent; aut Cæſarem Judicem habere nollent; quem agnita Ejus ſuprema & irreſtricta Juriſdictione ipſo optimo maximo jure in his quoque litigiis Juriſdictorem habere cogerentur: Quid autem evidentius; ac thoro depulſos depulſasve, ſeparatos vel ſeparatas, citra decretum Judicis ejectos vel ejectas, injuria

juria affici: Judice non extante, vel non agnito, juſtitiam à Conjuge Conjugi denegari: atque ita potentiorem imbecilliori imponere; omnium etiam Civitatum leges primævas & ſecundarias tangi; quas contra Principes Imperii liberos, vel ab initio fuiſſe, vel præſcriptione factos, aſſerere, nihil eſſe, dictum, quam laceram Remp. brevi compendio diſcerpere. Quod, *Secundo*, Principes *in mere perſonalibus* non niſi conſcientiæ vinculo teneri putat, non improbandum, in iis, quæ *mere perſonalia* ſunt, *id eſt*, quæ concernunt Jura & facta Principum erga Se, perſonamque propriam extranea obligatione non affectam; repudiandum *vero*, in Juribus perſonalibus quidem, ſed perſonam remve alienam concernentibus, aliaque extranea obligatione affectis, & perſonam ejus, agnita obligatione erga proximum, (quæ ſane, ſi unquam vel uſquam, in Germania ex jure factoque præſumitur;) egredientibus: quisquis enim hanc ſuſtulerit, obligationes Juris Naturæ, Gentium & Civilis ſocietatis quaſſat, mox tollit, corrumpit & aufert;

ſuperinducto Jure omnium in omnes, jactataque domeſtica conſcientia proximum in foro externo lædit, Statum in Con-Statum, Civem in Con-Civem, Conjugem in Conjugē armat: quod non eſt Reipublicæ conſulere. Minus etiam, *Tertio*, id, in quo, obligationem matrimonii (de *contracto* loquimur, non *contrahendo*:) ad priora mere perſonalia Jura referendam conſulunt: cum propter obligationem Conjugum mutuam manifeſtisſimum ſit, perſonam Principis jam alii perſonæ affectam, non amplius in ſtatu naturali omnigenæ libertatis exiſtere; negocium limites Jurium perſonæ propriæ erga ſe ipſam exceſſiſſe, atque ita ad ſecundum genus Jurium perſonalium referendum, in quo genere non ſola ſolius partis conscientia, ſed, vel maxime, huic ſuperſtructæ Gentium Leges & Civiles judicaturæ erunt. Omnino in his conqueſtæ parti à parte primùm, poſt &, ſi illa denegat, à Judice Juſto Juſtitia adminiſtranda; alias enim diſrupto humaniorum vinculo res ad contubernia, & tandem latrocinia, redi-

rediret, quæ exercere vel permittere non eſt ex dignitate Imperii, non Civium, imo nec hominum. Minus, *Quarto*, admittenda differentia inter Principes *Catholicos* & *Proteſtantes*, quaſi illi magis quam hi Judicem in matrimonialibus agnoſcerent: nam cum ab aliis oſtenſum ſit, Judicem omnino aliquem appellandum: & hic, Principum in illis nullam eſſe ipſo Jure libertatem; neceſſario Advocatus probandum habet: *Catholicos* ſe Judici, ſive Cæſari, Jure, (wilhelm. Ockam ſive de Campo *tom. 1. Monarch. Imper. Melch. Goldaſt pag. 21.* Marſilius Menandrinus de Padua *Tom. 2. ejusd. Monarch. Imp. pag. 1383.* uterque de Juriſdictione Imperatoris in cauſ. matrimon. Acta inter Margaretham Duciſſam Carinthiæ & Comitem Tyrolis ab una; & Johannem filium Regis Bohemiæ ex altera; partibus: ut & Ludovicum Marchionem Brandenburgicum, & præfatam Margaretham Ducem Carinthiæ, (quæ tamen in magno illo inter Imperatorem & Pontifices diſſidio ſcripta & evulgata eſſe, cuique conſi-

ſendum :) apud Cuſpin. *in vita Ludovici Bav. Imper. p. 374.* Abrah. Bzov. *Annal. Eccleſ. ad Annum 1324 & 1340.* Joh. Georg. Hervvard. *in Ludov. Bav. defenſo , ejusque Anno XI. pag. 281, & XXVII. pag. 819 & ſeq.* Goldaſt. *tom. 2. Statut. & Reſcript. Imper. pag. 87. & 88.*) ſive alii , facto ; ſubmiſiſſe ; quod facile : *Proteſtantes* ſe in libertatem ſecundo aliquo jure vindicaſſe ; quod oſtenſu difficile erit. *Aut* enim ante fictum Suprematum , vel , ſi quis veſtus eſt , à Principibus erectum ſtabilitumve , in his cauſis Judicem *habebant* ; aut *non* habebant : *Si neminem* ; qualis illa fuit Reſpublica ? Quam permiſſa facta injuſta ? Qualis illa Societas ? Quæ Juſtitiæ Legumque omnium inde conſequens tranſgresſio ? *Si aliquem* : docendum de Jure eximendi legitimo vel facto inculpabili. Sed nos, cum Jac. Gothofredo *in fin. Diatr. de Præced.* proteſtamur, hac digresſione (pertinuisſet enim ad Vindic. *tit. XXVII de Auſtragis n. 182.*) *nemini Ius ſuum detractum nos velle* ! cum etiam præter hæc , quicquid univerſæ li-

tis erat, quantum ex Illuſtriſſimi Senatus Cameralis Rebus judicatis colligi poteſt, cum Ejus Jurisdictio aliàs quoque pro fundata haberi nollet, ſupremo Tribunali magis placuerit, deciſionem Imperatori & Statibus, (maxime ubi de præteritis geſtis res erat;) committere, & proviſionali Decreto parti conqueſtæ conſulere, quam diverſa ſententia præjudicium, hoc arripientibus, ſubminiſtrare; quod & Juris. Verba hæc ſunt:

In Sachen Weyland Herrn **Hanß Otten von Yßenburg** und Conſorten/ Klägern/ Eins/ wieder auch Weyland Hn. **Julium, Biſchoffen zu Würtzburg**/ Herrn Wolff Ernſten/ Graffen zu Yßenburg und Büdingen und Conſorten/ jtzo deren allerſeits reſpectivè Erben und Succesſoren in Actis benandt/ Beklagte/ andern Theils/ die Yßenburgiſche Succesſion und Verlaſſenſchafft betreffend: Iſt von Ambtswegen der Beſcheid/ **wofern Klägere von Ihrer Kayſerlichen Maye-**

ſtät / Chur-Fürſten und Ständen des Heyl. Römiſchen Reichs die Reſolution, ob die unterm dato den 15. Decembr. 1622 ad Acta gebrachte Ertz-Biſchoffliche Mäyntziſche Conſiſtorial Vrthel/ alß competenter ausgegangen / zu halten ſeye; oder aber wiedrigen Fals/ bey welchem Richter der Ausſpruch über die controvertirte Ehe-Sach der am 28 Sept. 1615 an dieſem Käyſerlichen Cammer-Gericht ergangener Urtel gemäß/ zu ſuchen ſeye: beybringen werden/ hauptſächlich ergehen ſolle/ was Recht iſt: Vnterdeſſē aber und ad interim iſt dieſer Sachen Umſtänden nach erkandt/ daß die Beklagte denen Klägerinnen gegen gebührende caution pro futuro Judicato Ihres verſtorbenen Vatters/ und weyland Graff Anthons von Yſenburg / und von denen nach der hand auch verſtorbenen halbbürdigen Brüdern zu Ihrem Antheil ererbte Verlaſſenſchafft/ ſambt denen da-

von

von bißhero; ſo viel aber die Lehen- und Stamm Güter anlangt / allein biß zu gedachtes Ihres Vatters Ableben erhobene Nutzungen abzutretten und einzuraumen / auch die dazu gehörige Inventarien / Rechnungen / Läger Bücher und Regiſter zu ediren ſchuldig / darzu / biß ein anders erkennt / zu condemniren ſeyen: Alß wir ſie hiermit ſchuldig erkennen und condemniren. Die auffgegangene Koſten biß zu endlicher Erörterung der Haupt-Sach auffſchiebend. Dann iſt ermelden Beklagten zu würcklicher Execution und Volziehung dieſer ergangenen Urthel Zeit 3. Monath pro termino & prorogatione von Ampts wegen angeſetzt / mit dem anhang / wo ſie ſolchem alſo nicht nachkommen werden / daß ſie jetzt alß dañ / und dann alß jetzt / in die Straff 10. Marck löthiges Golds halb dem Käyſerlichen Fiſco und zum andern halben Theil Ihnen Klägerinnen ohnnachläßig zubezahlen hiemit erkläret / auch der Real Execution halben auff derſelben ferner Anruffen ergehen ſolle / was Recht iſt. Public. 4. Febr. 1670. Sed hæc, ut dictum, per digresſionem.

De

* * *

De Jurisdictione Eccleſiaſtica addendum; ſalvam tamen eam Catholicis ad conſequendos reditus, cenſus, decimas & penſiones in iis Auguſtanæ Confeſſionis Statuum ditionibus, ubi Catholici Anno 1624 notorie in poſſeſſione vel quaſi Exercitii Jurisdictionis Eccleſiaſticæ fuerunt; *& ad hos quidem ſolum*; futuram. Huic verſui varia objecit dubia laudatus ſæpius Sprengerus *d. loc. pag. 247.* *AN* vocabulum: *TAMEN*, æquipolleat verbo: *SOLUM?* ita, ut in hoc unico caſu exigendorum redituum & penſionum adhuc ſubſiſtat; in reliquis caſibus penitus ſuſpendenda? an dubio huic, ſecuturisq; motis aliis prudens privatus ſecure reſpondebit? Quidni? Verba Legis affirmantia ſunt expreſſa, ibi: *Sed NON NISI in exigendis hiſce penſionibus*, &c. Id quoque advertit: *AN* verba: *IN IIS AUGUSTANÆ CONFESSIONIS, &c. taxative ſint intelligenda?* ita, *ut*, *ubi Catholici Anno 1624 notorie in illa vera vel quaſi poſſeſſione non fuerunt neque inpoſterum habe-*

habeant? Quis ambiget; & quo, vel effectu, vel eventu, Pacificatores memorabilem hanc clauſulam adjeciſſent, ſi nec hoc operari debuiſſet? Denique; appellatis Statuum Auguſtanæ Confesſionis ditionibus; *AN RELIQVORVM Imperij membrorum ditiones exemptæ?* Scrupulus, in verbis: *Reliquorum Imperij membrorum* hæret: reflexio; vel ad ordinem *in Politicis*; vel ad eum, qui *Religionis* eſt; facta: In *PRIORI*: *AN LIBERA Imperij Nobilitas* (ſi, forſitan hæc, ſcopulus) *ejusque ditiones exemptæ?* Quis affirmabit? cum ſub Statibus Imperii in d. §. 48. ingreſſu, & ubique comprehendatur. *AN IDEM DE MEDIATIS & à mediatorum poſſeſſionibus debitis penſionibus?* Ita videtur, primo §. 48. verſu ſequenti argumentum præbente. In *POSTERIORI*: membra omnia jam reſoluta; præter id unum: *AN IVRISDICTIO Catholicorum Eccleſiaſtica etiam quoad ſubditos alterius Status Catholici reditus penſioneſve debentes æquali ratione ſuſpenſa ſit? & QVID IN VNIVERSVM Catholicis in Catholicos ſubditos in alieno & etiam de alieno;* (intellecto debitarum ab

his

his penſionum caſu :) *territorio exiſtentes li-ceat* ? Quod, quia prolixiori diſceptatione eget, hic non reſolutum tranſmiſſum. Tantum de libertate vel obligatione ſubditorum *alienorum*, ſive Catholicis non ſubjectorum.

De *CATHOLICORUM SUBDITIS PROPRIIS*, *Auguſtanæ Confeſſioni addictis* actum in medio d. §. 48. factaque diſtinctio inter caſus, *qui* Auguſtanam Confeſſionem nullatenus concernunt, & *reli-quos* ad Religionem pertinentes. In *illis* juſſi ſunt Jurisdictioni Eccleſiaſticæ, quam Anno 1624 agnoverunt, ſubeſſe; in *his*, ſecus. (id enim imperaſſe Lex per verba: *IN IIS CASIBUS*, *&c.* reſtrictive prolata, videtur:) In *illis* tamen ita, modo ipſis occaſione Proceſſus nihil injungatur Auguſtanæ Confesſioni, vel Conſcientiæ, repugnans. Unde ſine dubio novæ lites, antiqua vero de cauſis matrimonialibus jurgia reſuſcitata, &c. Et ſi Proceſſus uſque ad Excommunicationem perveniret, (ut recte & apposite Sprenger. *d. loc. pag.* 247. (licet ibi inter ſubditos alienos & proprios; cauſam Religi-

ligionis momenta concernentem, & ſecus; Excommunicationem ſubditis alienis reditus non ſolventibus impoſitam, ut & propriis, expresſioribus verbis diſtingui potuiſſet:) admonet:) *omnem Excommunicationem, quæ excludit è gremio Eccleſiæ & communione fidelium* (ſed hic inſignis nodus: *A CVIVS ECCLESIÆ? an Catholicæ?* Sed hanc non aditurus is, qui diverſæ Religionis. *An Evangelicæ propriæ?* Sed hic nulla imperandi jura largientur ejus Eccleſiæ miniſtri; niſi hæc omnia ad effectum in Politicis, ut ſcil. ejusmodi morosus debitor in converſatione civili pro excommunicato, & quaſi deteſtabili habeatur, referrentur, tenuis eſſet, & hic tamen dubius, dictatæ pœnæ effectus.) *conſcientiam lædere* credendum, vel eam læſam, obtentum iri ſaltem, & prætenſum.

Eadem, quæ jam dicta, jura, libertas, & reſpective obſervatio *IN SVBDITIS PROTESTANTIVM CATHOLICIS* ſervabuntur. Text. expr. *in verſ. Eodem etiam, &c.* & in d. §.48. *verſ. ult.* adjectum: *Ius Diœceſanum, quatenus Epiſcopi illud dicto*

ćto anno quiete in eos exercuerunt , *ſalvum eſto*. Sed *QVI ILLI EPISCOPI*, *quibus id Ius Diœceſanum in Catholicos ſubditos ſalvum?* *CATHOLICINE?* Ita Autor, *hoc loco num. 35.* Alii malebant, Proteſtantes intellectos, ita docentibus articulis inſtitutæ comparationis: ſcilicet, ſicut (*in verſ. Catholicorum*) Catholicis in Evangelicos ſubditos An. 1624. eorum Jurisdictionem agnoſcentes ea ipſa competit: ita & (*in ſeq. verſ.*) Auguſtanæ Confeſſioni addictis, ſi hujus Religionis Epiſcopi, &c. tum poſſederunt, Jus Diœceſanum reſervandum; adeoque Epiſcopi Proteſtantes neceſſario intelligendi; non alii, hisque Jus ſuum ſalvum erit. Et conceſſo hoc; *AD QVEM EFFECTVM? AN ut conſequantur reditus, cenſus, &c. ſicut in Catholicis ratione Iurisdictionis obtinuit? AN VERO ad plenarium effectum univerſi Iuris Diœceſani, prout id Anno 1624 exercitum?* De *illo*, ubi de Jurisdictione Eccleſiaſtica contra alienos ſubditos exercenda ſermo eſt, non; neque de *hoc* in ſubditos proprios; dubito. Add. D. Mev. *Deciſ. Tribun. Viſmar. part. 2.*

Deciſ.

Deciſ.305 & 365. Sed & hic nodus non adeo contumax eſt, ut diligentiori discretione ſolvi, vel reſecari non posſit à reſpiciente accuratam legis *methodum*; quæ *hæc* eſt: Cum *ſancitum* eſſet; Jurisdictionem Eccleſiaſticam in Proteſtantes ſuſpenſam intra terminos cujusque territorii ſeſe continere debere: Propoſitum de *limitationibus*: probatæ illæ, ſed diſtincte: ſcilicet: Jurisdictionem Catholicorum conſideratam in Tractatibus, tum ratione *DITIONUM*; tum ratione *PERSONARUM*; Cum de Catholicis puris & meris locis Jura non negarentur, *DITIONES* eſſe, vel *Auguſtanæ Confesſioni addictorum*, vel *mixtæ Religionis*; in *illis*, niſi quoad reditus &c. ſuspenſa omnis, ut dictum, eſt. in *his*, *Civitatibus mixtis*, cives, vel *Catholici* ſunt, vel *Proteſtantes*; *illi* juxta obſervantiam Anni 1624 ſuo Jure experiuntur: in *hos* nulla Catholicis Episcopis jurisdictio eſt. *PERSONAS* autem, ſive Status provinciales & ſubditos; aut eſſe *Auguſtanæ Confesſioni addictos SUB CATHOLICIS*; eosque, vel *Eccleſiaſticam jurisdictionem Anno 1624 agnoviſſe*; vel

 ſecus;

ſtus; *hos* liberos fore ab illa; *illos* ad ſubjectionem agnoſcendam remittendos. Aut *Catholicos*, *SUB AUGUSTANÆ CONFESSIONI ADDICTIS*; ſi qui ex *his* publicum Religionis Anno 1624 habitum Exercitium demonſtrant, & Epiſcopi in Juris Diœceſani exercitio tum temporis quiete fuerunt; (hæc enim duo, habitum exercitium Religionis à ſubditis, & Jurisdictionis ab Epiſcopo, conjunctivè, non disjunctive poſita) Jurisdictio Catholicorum in ſalvo. *ſi id non* habitum; cecidiſſe judicanda.

NUM. XXXVI.

Jus Reformandi ex praxi Superioritati Territoriali annexum: inde conſequentia.

JUs Reformandi Exercitium Religionis (cujus duæ partes, *novæ Religionis introductio*; & *prioris*, vel in toto, vel in partibus, *abolitio*.) adhærere Superioritati Regiæ, ut vocant, Territoriali, jam olim Proteſtantes pro liquido & notorio habuerunt, Beſold. *de Iurisd. Imp.*

Rom.

Rom. quæſt. 18, pag. 52. Ziegler. *ad Calvol. §. Landſasſii, n. 180.* Bidenb. *quæſt. nob. 2. 3. &c.* Ming. *de Superior. Territ. cap. 5. th. 61.* Thom. Michael *de Iurisdict. th. 49. lit. c.* Catholici, ut ex Actis Pacificationis videre eſt, ab initio plane non; in progreſſu pro defenſione mutuorum ſuper hoc puncto fundandorum jurium tarde; in negotii exceſſu in formulam neutri parti præjudicialem (in verbis: *ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi &c.*) conſenſerunt; reditumque in effectu *ad gentium mores*, quarum lex erat, ut, qui ſunt Domini terræ, ejusque ſeu magnæ, ſeu exiguæ, eorundem ſint & templa religioſe culta ritibus conſuetis, quibus coli poſſunt Dii. ex *Thucyd.* de Græcis. Merckelb. *d. Conſ. 20. n. 350.* de Judæis præter ſacras Litteras, Joſephus. de Romanis, ſcriptores ejus Reip. teſtes ſunt. Reditumque, *inquam*, eo, à quo quondam anim' abhorruit: unde nova, de quibus mox, conſequentia; & acerba eſt Illuſtris Auguſtanæ Confesſioni addicti Viri oratio: *Si quos id ratio non docuit, diſcant ex modernis turbis, quarum præcipuã fuẽ*

ac tubam fuiſſe puto nefandum illud axioma: Religionem & Ius Conſcientiæ eſſe Regionis ſeu Iuris territorialis &c. D. Mev. *ad Ius Lubec. quæſt. prælim. 3. n. 22.* Lex Pragmatica, ut vides, in art. V. §. *Quantum deinde. 30.* ſancita: ut Statibus immediatis cum Jure Territorii & ſuperioritatis Jus etiã Reformãdi competat, idque tanquã ex communi, ſicut jam diximus, per totum Imperium obſervata praxi; adeoque, ut videtur, *jure non ſcripto* & jure publico magis olim præſcripto, quam conceſſo. *Pax* enim *Religioſa* id brocardici valde obſcure indicat, licet ejus §. Und damit ſolcher Fried ꝛc. 16. & §. Nachdem aber ꝛc. 28. illi ſtabiliendo vulgus alleget. Ex conſequentia autem uſurpati & approbati juris recte ab Autore ſtatutum: competere id in omnes Subditos, ſine diſtinctione perſonarum bonorumve: ſive iſti ſint Comites, Barones, Nobiles, Vaſalli, Civitates, Monaſteria, Commendæ (ita enim apud Autorem, & non aliter, legendum fuiſſet:) &c. ſive alii privati, ſalvo perſonis emigrandi beneficio. *Tria* tamen hic *tempora hiſtorica* diligenter in-

ſpici-

ſpicienda ſunt : *ante Tranſactionem Paſſa-viensem* ; *poſt eam* Pacemque Religionis initam ; & *ætates Inſtrumenti Pacis* : horum enim accurata ratione non inita vix digne de Juris illius & axiomatis eventu cenſeri poteſt. Ratione Inſtrumenti Pacis juſta fit ad An. 1624 relatio, juxta celebrem §. *Hoc tamen non obſtante*, 31. de quoad Num. 38. huj. tit.

Hæc ita ſtabilita conſequuntur *Effectus*, *Endoxi* illi, & *Paradoxi*; *probabiles* alii, alii *abſurdi* , ſive *verè*, ſive *in ſpeciem* tales. Id certiſſimum ; quamprimum omnis de Jure Reformandi , introducente & relegante, doctrina, unico & ſolo *SUPERIORITATIS TERRITORIALIS REGIÆ ET SECULARIS* titulo propaganda imperatur ; *requiri* ; eum, qui illam poteſtatem prætendit, illam, & univerſam *Secularem*, posſidere & exercere, ſive ſit Eccleſiaſtici ordinis , ſive ſecularis. *Negari* : alicuicunque, licet ſupremus in Eccleſiaſticis Ordinibus in territorio quæſtionis ſit, ſive Archi-Epiſcopus, Prælatus, quisve alius ; licet titulum quacunque alia ratione alleget, niſi ſimul & Supremus Ter-

ritorii ſit in Secularibus, & in Secularibus, ſupremis: *d. Art. V. & ſola criminalis. 44.* hac enim via *Ius circa ſacra* territoriorum Dominis ad noſtra usque tempora adſertum: *QVALE* autem *IVS SIT PRINCIPIS IN HIS, poſt per Legem Pragmaticam adprobatum axioma?* ut inſtituamur, opus eſt: non, quaſi in obſcuro locatum, quæ ea jura ſint? quid cultus, huic vel illi, externus aut internus ſit? nunc demum definiendum eſſet; ſed, ut, ex juxta ſe poſitis opinionibus, de fictis à nonnullis Interpretibus in ſe ipſos ruentibus effectibus judicium conſtitui liceat; plures enim de his & magni Viri aliter atque aliter commentati; hic animi privati ſenſus tranſitorie aperiuntur. *QVICQVID* ad *DEI* Creatoris cœlorum & terrarum Cultum homines directum voluerunt, vel *interna*, vel *externa*, afficere iuſſum eſt. *Internum* nihil, niſi quod Civis in Republica, vel hominis in noſtra civitate, fidem & Religionem dirigit. *Externum*, reliquum omne: id vero duabus partibus conſtare videmus: Externis *in Eccleſia*; una: & externis *Politicis ad Eccleſiam* ſecunda.

da. *Prior* eſt, *in qua* de docendo Verbo Dei publice vel privatim, adminiſtratione Sacramentorum, abſolutione à peccatis, cæterisque ei generi debitis, ut & ceremoniis ritibusq; agitur. *In qua* de conſervando ſtatu Eccleſiarum Publico-Politico, inſtitutione Scholarum; porro, miniſtrorum inſtitutione & inſpectione, conciliorum coactione &c. &c. tractatur; *Poſterior*. His Ordinibus ſuos *effectus* evolvit SVPERIORITAS TERRITORIALIS: *quales illi?* inveſtigemus. Poteſtas Principis, id eſt, cujuſcunque in ſuo territorio Supremi, *quoad INTERNVM CVLTVM ſive fidem ſubditorum*, nulla: quia fidei præcepta tradere non eſt politici Imperii; minus fides eſt affectio politica, quæ non convenit homini, tanquam politicæ ſocietati apto, ſed tanquam futuro cœleſtis Reipublicæ civi. ita *LAMPADIVS de Rep. Rom. Germ. part. 1. §. 18.* quem presſius imitamur: *FACIES REIPVBLICÆ* contra; nihil opportunius, nihil manifeſtius in humanos ſenſus currere, obiicit, quam Principes ſuperiori & præſenti ſeculo in Articulis fidei, ſubditis abſolute præſcri-

 pſiſſe,

pſiſſe, & quidem cum pœnali ſanctione dictaſſe, quid, ſaltem coram hominibus, credere confiterive debeant; articulos fixiſſe & refixiſſe; impertinenter ſatis eum diſſerere, qui, cum in publicis tabulis ſculptum videat, eos qui An. 1624 publicum vel privatum Religionis Exercitium non habuerunt; eos etiam, qui poſt concluſam Pacem alienis ſacris ſe dedidere, ad alterutrum, aut profeſſionem fidei ejusdem cum Domino, aut perpetuum ex finibus ejus diſceſſum, adigi poſſe; dubitaverit, An Magiſtratui poteſtas data in fidem ſubditi? ad *fidem* ſane coram hominibus profitendam, ingens: *animam* movere ipſam, ultra hominem eſt: ſatis moviſſe, putant, qui *Corpus*, vel movit, vel ſemovit. De *EXTERNIS IN ECCLESIA* diverſa quæruntur: Poteſtatem *circa ceremonias ritusque externos* diſponendi penes Magiſtratum reſidere, Auguſtanæ Confeſſionis Doctorem, Jus ipſum, vel Imperii uſitatam praxin in Jus vocaſſe, non meminimus. Illam minus, quæ eſt *circa prædicationem verbi Dei*; ſed & hæc duplex,

plex, *mediata & immediata*: de *illa* dictum; in Jus vocari non poſſe; ſiquidem diſpoſitio de prædicatione, prædicationis qualitate, promotione, interdictione, omnis apud Principem; injurioſam, ſeditioſam, falſam prohibere: Verbo Dei convenientem, civilique, cum æterna, beatitudini conducentem, ſtabilire. Lampad. *d. l.* §. *20.* & hæc ex plus quam immemoriali præſcriptione. *Immediata* rurſus, vel *coram concione populo voluntates Dei proponit*, vel *in ſuggeſtu proponenda diſponit*: *Hanc* quis Principibus negaverit? *Illam* eos deſideraſſe, quis dixerit? & tamen hanc quoque Majeſtati vindicatum huc uſque ivére Britanni. Eadem *de adminiſtratione Sacramentorum & cæteris*, veriſſime dici poſſunt; quæ praxis movit, ut ſtatueretur; (Vit. Breitſchwerd *d. conſ. n.* III:) de Statu aliquo Imperii recte dici:

Rex idemque hominum Phœbique Sacerdos.

Hoc vero conſtitui poſſe, negat *d. l.* §. *25.* Lampadius: *ſolis illis Principibus licere ſacra peragere, qui rite ſunt vocati & ordinati; ſin ſecus, currere; non miſſos*: ita & Praxis.

Majeſtatem fidem non poſſe præcipere, quæ non niſi cœlitus infunditur: ita & illa, ſi de ſecretis cordis de fide ſenſibus intelligatur; contra, ſi de fidei profesſione in publico; uti dictum. *Abuti poteſtate Principes, qui ſubditis quicquam amplius, quam externum cultum vigore poteſtatis præſtituunt.* Lamp. *d. l.* §. *23*. Præſtituere cultum *externum* alterutrum eſt; *aut* aliquot ceremonias circa Dei cultum externum inducere, ſubditoque imperare: *aut* aliam Religionem, cultumque alium, *fidemque*, ſub interminatione perpetui exilii, ſubdito indicere: ſi *prior* externus, ſi nihil de fide ipſa agitur, levis iſta potentia Principis hîc eſt, & facile ſubdito, parere. Atqui *poſteriorem* externum eſſe negant? Ita, ſed errant. Imo, non; quia nullum eſt Principis in conſcientiam Imperium, ideoque nec iſta præſtitutio cultus externi. Videamus *de Poteſtate CIVILI Principis* (territorii ſui ſupremi Domini:) *in ſubditos*; ſed breviter: *Imperium* omne in ſubditum in *imperando* ſitum; Obligatio ſubditi, in gloriam *obſequii* tendit. *Legum omnium* partes duæ; *Iusſio* & *ſanctio. Iusſioni*

ſioni, paretur, aut *non* paretur: Si *non*; quæ Principi poteſtas? nulla, niſi in exequenda pœna ſanctionis; hac contentus eſſe cogitur Legislator: hic finitur omne Imperium, ſi ſubditus atrocisſima contumacia ſe libentiorem pœnam ſubiturum, quam id, quod præceptum exequi profiteatur: pœnam jubens petere poteſt; id, quod voluit, factum impetrare, ultra humanas vires ejus. Ea etiam eſt *poteſtas Principis circa FIDEM ſubditi*; deſtituitur illa, quam nec Deus prætendit, in civem, ejusque ſecretam opinionem, profesſio autem fidei alius, alius divini cultus coram univerſa Eccleſia, alicui imperata, certe ad priorem externam ceremoniarum pompam nihilo pertinet: ergo ad poſteriorem: Si paret ſubjectus; devicit ſuperioris potentia. Si ſecus; ſuccumbit, & ſanctione per imperatam Emigrationem adimpleta quieſcit: contenta, tam plenam eſſe ſuam in ſacris ſubditorum poteſtatem, quam plena & abſoluta eſt in Politicis, itemque, tam imperioſam alternativam ſibi reſervatam, ſed hæc alibi prolixius agentur. Quæ *de prædica-*

dicatione Verbi Dei & cæteris connexis tradita, illis obſiſtit *d. l. §. 26. & ſeq.* Lampadius, Praxis: *ſuſpenſione Iuriſdictionis ſpiritualis, inſtitutisque ab Electoribus, Principibus atque Statibus Imperii Conſiſtoriis, ad Ius vetus reditum fuiſſe, quo ſacramentorum diſpenſationes à Prætore, vel Imperatore fiebant, Pontifices imperio & Iuriſdictione carebant.* Joh. Dauth. *de Teſtam. n. 93. & poſt mult. alleg.* Merckelb *d. conſ. 20. n. 349. &c.* quod an ipſe probaverit? hæſito. res magni periculi eſt. Quoad antiquitates Eccleſiæ videndus Paganin. Gaudent. *de mor. ſec. Iuſtin. part. 1. cap. 4. 9. 10. & paſ.* De parte ultima, nimirum poteſtate Principis *de Externis Politicis ad Eccleſiam,* nihil attinet fuſius dicere, cum Jura in confeſſo ſint. Lampad. *d. l. §. 19. & ſeq.* hæc *DE COMMVNI PER TOTVM IMPERIVM VSITATA PRAXI*, & contrariis doctrinarum effectibus, & hinc conſequentibus, dixiſſe, ſufficiat. Hic omnia probare, vel nihil, animo non eſt.

Num. XXXVII.

Tempora dicti Juris computandi

di ad J. P. §. 31. Dubium de bonis Eccleſiaſticis mediatis mediatorum declinatum.

RAtione temporis, cujus obſervatio in æſtimando Jure Reformandi & Exercitii Religionis præcepta, diſtinguit Autor: *utrum quæratur de bonis Eccleſiaſticis inter ipſos Status*; qua in re præciſe Calendæ Januarii 1624 obſervandæ: *an* vero *inter Status ipſorumque Subditos*; ubi tam ratione Exercitii Religionis eiq; annexorum, quam bonorum Eccleſiaſticorum non præciſe dicta prima dies Januarii obſervatur, ſed ſufficit, aliqua ſaltem parte ejus vel exercitium habuiſſe, vel bona poſſediſſe juxta *verb. fin.* neque id obſcurum eſt ex ipſis verbis, d. §. Hoc tamen non obſtante 31, ibi: *nec minus maneant in poſſesſione omnium DICTO TEMPORE in poteſtate eorundem conſtitutorũ templorum, Fundationum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, cum omnibus pertinentiis, reditibus & accesſionibus*. Dubium obiter ſupra ad Num. 25. tactum, hic plenius exe-

que-

quemur. De *Exercitio Religionis* res certa eſt: Ita & *de bonis Eccleſiaſticis immediatis*, d. art. V. §. Bona Eccleſiaſtica 14. De *mediatis*, Quæſtio eſt vel, *inter Dominum territorii & alium extraneum*; ſive Statum, ſive non Statum; & huic fixus eſt primus dies Jan. 1624. art. V. §. Quæcunque. 25. vel *Dominum ejusque Subditum*; (addo, *Subditos inter ſe:*) & Jura *Domini* ſine omni dubio per d. §. Quæcunque. 25. obſervatione requiſitæ poſſesſionis præciſæ ipſis Calendis Jan. circumſcripta ſunt. *SED QVID DICENDVM de Iuribus Subditorum in poſſesſione bonorum mediatorum?* An hæc quoque ad illas Calendas adſtringenda, ita, ut, ſi iſtis Calendis non poſſederint, inpoſterum quoque iisdem bonis careant? An vero Subditis ſufficiat, ut prævaleant jure contra Dominum quavis dicti Anni parte, vel minima, poſſediſſe? *Prius* jubet ipſa æquitas; par Domini Subditique, ne hic illo tam inſigni Jure potior ſit, æſtimatio. *Poſterius* confirmat Lex expreſſa, in d. §. 31. *Priori* repugnat Lex; poſteriori, ratio; & quia non doceri poteſt, tantam inæqualita-

tem

tem ab Inſtrumento Pacis introductam eſſe, vel introduci voluiſſe. Inde illud non evitandum Dubium: *FINGE SIS*; Territorii Dominum Calendis Jan. in poſſesſione alicujus in ſuo territorio ſiti ſibique ſubjecti templi, fundationis, monaſterii, hoſpitalis, cum omnibus pertinentiis, reditibus & accesſionibus fuisſe: *FINGE SIS*; Subditum ejusdem ſequenti ejus anni tempore, vel pacto, vel privilegio, vel obſervantia, poſſesſionem nactum, eamque ita aliqua vel potiori anni parte vere habuisſe: *Quæritur, quis potior jure? Dominus*, an *Subditus*? *Illi* bona reſtituenda erunt, vel is, ſi interea temporis ipſe receperit, in poſſesſione ſua manutenendus; vi §. *25. huic* non minus; vi §. 31. Nodus ſane, ſicut is pleriſque videtur, inextricabilis; locus fere deſperatus. Alterutri Legi cedendum. *Alterutrum* ſtatuendum: *aut* tam Domini quam Subditi Jura ex univerſali omnium bonorum Eccleſiaſticorum & posſidendorum regula, nimirum Calendis Jan. æſtimanda: *aut* utraque ex quavis anni parte. Hoc an obtinere posſit? *AN*

DI-

DIVIDENDA inter Dominum Subditumque bona Eccleſiaſtica? Et pro qua parte? itemque: an id ſalvis legibus & Imperii obſervantia defendi conducat? non videtur; neque communionem in poſſeſſione ulibi Lex noſtra quoad ipſa bona, ſed ſolum quoad Exercitium Religionis, introduxit. *ITAQVE PRIVS ſervari debebit? Ille* §. *31.* quantus de bonis Eccleſiaſticis à ſubditis poſſesſis, vel reſtituendis, vel reſtitutis receptisve retinendis, loquitur, tantus juxta unanimem Inſtrumenti conſenſum hîc quoque ad Calendas ſæpe dictas referendus; juraque bonorum mediatorum, ſive inter Dominum & Subditum alienum, ſive Dominum & Subditum proprium res geratur, ad normam Calendarum Januarii exigenda? *Idemque* inter duos unius Domini, vel diverſorum Dominorum ſubditos conſulendum? Verum de his præcipiti definitione decernere, neque animus eſt, neque autoritas. Inde tamen de Notatis Blumianis judicium fieri poteſt. De Sprengerianis; cur nõ licuerit in ea concedere, ratio ſuperius ad N, 25. h.t. reddita.

NUM,

Num. XXXVIII.

Superflue de d. §. 31. ab Interpretibus diſputata refutantur.

Hoc tamen (Jure ſcilicet & Superioritate Territoriali, eique annexo Jure Reformandi Exercitium Religionis:) *non obſtante, Subditi cujuscunque generis, qui Anno 1624 Exercitium Religionis, ſive publicum, ſive privatum, habuerunt illud, etiam inpoſterum cum omnibus annexis iuribus, retineant* &c. art. *V. §. 31.* Huic quoque quamplura Dubia in Literis publicis objecta; & quia ad privatos deciſio pertinere nolebat, ad Diætas Univerſales reſolvenda remiſſa. Spreng. *cit. loc. pag. 138 & 139.* Certe de his, neque temerarie aut confidenter, neque timide mihi nunquam ita viſum fuit.

Primo autem id admovent; *QVID SIT LONGO VSV poſſidere in d. §. 31. cum referantur omnia ad obſervantiam Anni 1624, cujus unius anni nullum longum tempus dici poteſt?* Remedium malo ex *1. Feud. 26.* quæſitum. Satis equidem incongrue. Nimirum id ait Lex: Exercitium Religionis

M penes

penes eos, qui An. 1624 longo uſu (ſcilicet, ad usque Ann. 1624 poſſeſſo, præſcriptione longi temporis; quæ ſane in omni momento de re diutino tempore posſesſa competere recte dicitur; quæſito, & eo usque abſoluto:) obtinuerant, inpoſterum quoque remaneat. Quid autem evidentius, quam Exercitium Religionis præſcriptione quæri poſſe? Syring. *de Pac. Relig. th. 46. lit. b. & th. 48.* Licet acriter contradicant JCti Dillingenſes *Compoſ. Pac. cap. 9. quæſt. 60. n. 12. & 13.* Si ea abſoluta obtentum; recte dicor omni momento longo usu cepiſſe, adeoque & Anno 1624. Sed hæc forſitan non ſatis digna harum rerum tractationibus.

Deinde; An ſub verbis, RETINERE, ET MANEANT, Inſtrumento Pacis uſurpatis, etiam RESTITUTIO comprehendatur? cum posſesſoria retinendæ & recuperandæ posſesſionis ex natura contrariorum pro unis iisdemque intelligi nequeant; quærunt. Et protinus quidem otioſe: Retentioni enim & posſeſſorio retinendæ, ſicut Lex *in §. Hoc tamen non obſtante. 31,* in ſpecie ſcripta; ita reſtitutioni

& re

& reſpective poſſeſſorio recuperandæ non minus ſingularis & expreſſa in mox ſeq. §. *Turbati*, *32*, Conſtitutio lata.

Tertio, ajunt: *QVID SI INCOLÆ ſint parvi temporis*, *qui domicilium non habent*; an exclusi per enumerationem ſpecierum? an vero & his Exercitium Religionis ad rationem Anni 1624 ſalvum erit? Futurum autem in ſalvo nunquam dubitatum: Verba enim in d, §. 31. expreſſa; ibi: *Subditi CVIVSCVNQVE generis.*

Id quoque; *Quarto*, motum: Cum Subditorum Statibus Imperii parentium ſolum mentio fiat, *QVID IVRIS DE SVBDITORVM SVBDITIS in ditionibus mediatorum habitantibus*? Idem plane cenſemus obtenturum; Verba quippe; uti dictum, ſatis perſpicua ſunt. Et quis dubitabit, ſub nomine Subditorum, *cujuſcunque generis*, Subditorum quoque Subditos contineri, & ita in Imperio perpetua praxi ſervari.

Id, *Quinto*, ſupervacaneum, pro *Conſiliorum*, ut Autor putat, legendum *Conſiſtoriorum*: Siquidem quæ nos Conſiſtoria vocamus, alii Conſilia appellant;

& quidem vocabulo utrique Religioni pro longe commodiori ſemper habito: omnino, vel minimam quoque correctionem in vocabulis Pacificatoribus uſurpatis, à privata manu factam faciendamve, odioſam eſſe, imo injuſtam, ſatis undique liquidum eſt,

Num. XXXIX.

De Pactis & Transactionibus, ante Religionis disſidium, ante bellum civile, eô durante, & ſequentibus temporibus, initis.

De *PACTIS ET TRANSACTIONIBVS* nonnulla notata ſunt ad *Num.* 12. quæ huc conferenda. Sunt autem, ut ſummatim dicam, pacta & transactiones hic occurrentes omnino quatuor generum: aliæ *ante omne in Religione ortum disſidium*; aliæ *poſtea, usque ad bellum civile* tricennale initæ; tertium genus *eo durante* ad usque concluſæ pacis tempora; quartum *ſequentibus temporibus* erectū. Et porro; *alia* pacta inter Proteſtantes

& Catholicos, *alia* inter illos inter ſe, inita. *PROTESTANTIVM* mutua pacta valitura fore, lex jubet; itaque de poſteriori articulo juxta quatuor ſuppoſitos ordines videndũ. Priora omnia pacta & transactiones de bonis Ecclſiaſticis, eorum qualitatibus & pertinentiis ante Annum 1517 ſancita caſſare, non ſolum in ſe iniquum eſt, ſed & Statui Imperii ſummopere, propter inde oriundas & orituras lites, nihil quod ſemel placuit, inviolatum relicturas, præjudiciale: Si majus dubium, diſceptatio ad Comitia remittenda. Quemadmodum cum de hisce res in litem vocaretur, litisque pendentia tam Anno 1624, quam poſt reſtitutam pacem, manifeſtò duraret, judicium ad Imperatorem & Imperii Ordines remisſum; Illuſtriſſ. Cameræ Senatus à deciſione abſtinuit; memorabili 28. Sept. Anno 1677 pronunciata Sententia, quam publicæ utilitati invidere noluimus, Verba hæc erant:

In Sachen Weyland Herrn Anthonii/ Biſchoffen zu Minden / jetzo Herrn Friderich Wilhelmen / ChurFür-

 ſten

ſten zu Brandenburg / alß Fürſten daſelbſt / Klägern ; wieder auch Weyland Herrn Heinrich Julium und Herrn Philipp Sigmund / jetzo Herrn Georg Wilhelmen und Herrn Johann Friderichen / Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg Beklagte Mandati C. C. jetzo Citat. ad reaſſum. etliche vorenthaltene Schlöſſer / Dörffer / Höff / Zehenden und das Kloſter Lockumb betreffent. Seinde D. E. und D. P. Ihre reſpective beſchehene Begehren noch zur Zeit abgeſchlagen ; Sondern iſt dieſer Sachen Beſchaffenheit nach von Ambtswegen der Beſcheid : Woſern die Herrn Klägere und Beklagte von der Käyſerlichen Mayeſtät und des Heil. Reichs Ständen gebührliche Erläuterung und Erklärung / daß der im Jahr 1512. auffgerichtete und im Jahr 1582. zwiſchen gedachtem Stifft Minden und denen Herrn Hertzogen zu Braunſchweig

ſchweig und Lüneburg confirmirter alſo genanter Gräntz-Vertrag über die darinn enthaltene Güter unter der Diſpoſition habenter posſesſionis vel quaſi des 1. Jan. 1624. Inſtr. Pac. art. V. §. Quæcunque Monaſteria. auch begriffen / und alſo die derentwegen im Jahr 1597 allhier angefangene Rechtfertigung und bißherige Litispendenz erloſchen ſeye / vorbringen werden / daß alsdann ferner ergehen ſolle / was Recht iſt. Zu dem End beede Theil Ihre Nothdurfft gehörigen Orts / ob Sie wollen / vor- und anbringen mögen. Die in dieſer Sachen auffgangene Gerichts-Koſten biß dahin reſervirend.

Eadem fere circa *ſecundo loco* collocata pacta lis; hæc à Camera plerumque ad eadem Comitia ablegata. & hodie ibitem geritur cauſa Patrum Soc. Jeſu in Pa-

derborn, contra die Herren Graffen von der Lipp / Proteſtantibus *affirmativam*, nimirum ea quoque ſublata; dicta Societate *negativam* defendentibus: *illi* nituntur verbis manifeſtis art. V. §. *Quæcunque monaſteria* 25. ibi: *vel anterioribus & ſecutis pactis, generalibus aut ſpecialibus transactionibus &c.* Actores caſum eo qualificatum negant; juxta dictata in Comitiis Ratiſpon. Menſ. Majo Anno 1678.

Tertius caſus, de pactis FLAGRANTE BELLO CIVILI initis agit. Sunt illa pacta, vel *pura*, vel *conditionata*. (quæ quidem diſtinctio omnibus caſibus conveniens, huic autem maxime ſingularis eſt:) Ea, quæ *pure* placuerunt, caſſata; ſalva tamen Brandenburgica & Neoburgica, *ſupra ad Num. 12. §. 7.* adnotata actione. Quæ *ſub conditione*; magnam difficultatem cauſantur: Conditiones, vel *ſolam contrahendi formam* reſpiciunr; & hæc ceſſare, validitateq; carere, extra dubium; vel *rem in pactum deductam* principaliter afficiunt: & hic hæretur. Quæritur enim; *VTRVM EA ETIAM*, *quæ tempore belli de bonis Eccleſiaſticis & Exercitio Religio-*

nis,

nis, adjecta hac expreſſa clauſula: Et hæc ita ſervabuntur inviolabiliter; non obſtante, ſi quid per generalem Amniſtiam, vel Pacificationem Monaſterienſem, aliter conſtitutum fuerit, &c. *legitime conventa fuerunt, pro ſublatis judicanda*? Ad exemplum: In famoſiſſima in Conſilio Imperiali Aulico & Camera Imperiali tractata cauſa M. Johannis Rudolphi Schalters / Schorndorffenſis, Paſtoris quondam Campidonenſis, contra Senatum Campidonenſem, Mandati, &c. coram Commiſſariis Cæſareis lecta eſt epiſtola hujusmodi: Alſo hat darauff die Pfarr und Stadt-Gemeind ſich insgeſamt erklärt/ꝛc. daß ſie ad interim, biß und ſo lang man ſich einer andern gelegenen Pfarr-Kirchen und Pfarr-Hauſes / ꝛc. vergleichen wird / S. Annæ Kirchen und Clöſterlein / oder eine andere bequeme Gelegenheit in der Stadt Kempten den Catholiſchen Pfarrgenoſſen / ſo zu S. Lorentzen-Kirchen gehörig / zu ihrem Catholiſchen Gottesdienſt und Wohnung eines oder mehr weltlicher Prieſter / ꝛc. einhändigen

wollen / ꝛc. Alsdann aber mit keinem Vorwand / auch von der General-Amniſtia und was gleich bey den General-Friedens-Tractaten deß-wegen im Schluß herauß kommen möchte / weiters verwaigert / ſondern würcklich ſoll vollzogen werden.

Epiſtola ſcripta à privato, & Advocato ad Principem: defectus erat in perſona paciſcente; *QVID SI IPSA RESP. ſive hac, de qua dictum, ſive alia, Princeps, vel alius Imperii Status cum hac clauſula pepigiſſent? QVID IVRIS?* Affirmativam defenſuri, ſe à plus quam generali clauſula caſſatoria noſtræ Pacis dimoveri non patientur: *Negaturi* communi jure; ex quo cuique licet præteritis, præſentibus & futuris auxiliis, exceptionibus & commodis quibuscunque renunciare; praxi etiam Imperiali, quæ in Tractatibus Pacis Pragenſis cuique permiſit libertatem penes ſe conſtituendi, velletne in concludenda pace comprehendi, nec ne; nitentur. Deciſio ad privatum non pertinet.

POST

POST PUBLICATAM PACEM, qui *quartus caſus* eſt, licere nobis optimo maximo jure quacunque ratione, niſi quid Paci, & Juribus Imperii, vel tertii, detractum eatur, paciſci; tam juris communis regula, qua unicuique ſuo favori renunciare permittitur; quam non neganda Imperii obſervantia, cujus exemplum Anno 1674. in Camerali Judicio productum, corroborant.

Num. XL.

Exercitium publicum quid? Quid privatum, & devotio domeſtica: ad §. 34. Jura domeſticæ devotionis; evocationis Miniſtri ex alieno; ſine vel cum ceremoniis; oppoſitæ præſcriptionis præſentis vel futuræ; itemque viciniæ; expenſa.

ANtequam in ulteriorem Art. V. Inſtr. Pac. difficillimam privato explicationem

nem ingreſſus fiat, *duo* memorabilia obſervanda: *EXERCITII RELIGIONIS QVALITAS*; & *EIVS EXERCITII POSSESSI TEMPORA*. De *priori* tenendum, tres eſſe in his §. ejus gradus: Publicum Exercitium, Privatum, & Domeſticam devotionem. *Publicum*, eſt Profesſio fidei ſuæ Religionisque per Miniſtrum Eccleſiæ rite ordinatum in loco publico, ad communem populi uſum. *Privatum* eſt, quod in loco privato per memoratum aliquem Eccleſiæ Miniſtrum ad exercentis ejusque domeſticorum uſum habetur. *Privata devotio domeſtica* denique, quæ privatim domique ſine Miniſtro Eccleſiæ, orando, Deumque aliis Chriſtianis exercitiis colendo fieri ſolet. Illuſtr. Dn. Schüz *Man. Pacif. Quæſt. 18. pag. 36. 37. & 38.*

TEMPVS quoque *EXERCITII POSSESSI* accurate obſervandum, nimirum, *ANNVS 1624. ET VNAQVÆQVE EIVS PARS*: & ejus *non poſſeſſi*: nimirum ullo ejusdem Anni tempore. Hisce prælibatis, de illis, qui ſive publicum ſive privatum Exercitium illo Anno habuerunt,

res certa eſt, in eo, quem ad Num. 38. huj. tit. expoſuimus, art. V. §. 31. *Illi* vero, *qui nulla* dicti Anni parte id poſſederunt, & qui poſt Pacem publicatam diverſam à Territorii Domino Religionem profitebuntur, vel hactenus profesſi ſunt, patienter tolerandi, & conſcientia libera domi devotioni ſuæ, ſine metu inquiſitionis turbationisque privatim vacare; & in vicinia, ubi & quoties voluerint, publico Religionis Exercitio intereſſe, liberosque ſuos exteris ſuæ Religionis Scholis, aut privatis domi Præceptoribus inſtituendos committere permitt ẽdi. Hinc Quæſtiones ſequentes formatæ:

Prima: *AN SVB DEVOTIONE domeſtica privata, cui hi permittuntur*, Exercitium Religionis *privatum contineatur? An ſolæ privatiſſimæ*, ſi ita loqui licet, *domeſticæ in devotionem ſuam erga Deum inclinantes actiones?* Illud diei prohibet oppoſitio hujus §. *Placuit porro*. 34. facienda neceſſario ad textum & rationes præmiſſi §. 31. Ergo nihil jure, niſi concesſio liberi Cultus Divini domeſtici, petetur; plus vix impetrabitur lege, niſi conniventia Magiſtratus

ſtratus aliquid ſponte largiri velit. Sed id ex facto eſt; hic de Jure ſermo inſtitutus.

Altera hæc eſt: Quandoquidem ejusce modi Civi licitum publico Religionis Exercitio in vicinia intereſſe; an hæc verba taxative accipienda? Et *AN ERGO PRIVATO in vicinia exiſtenti intereſſe eo ipſo prohibendus?* Hoc ipſum vocabulum privati Exercitii, quod alius eſt, hunc extraneum id frequentaturum excludit: Nulla itaque, vel ſuper Juribus perſonæ propriæ, vel tertiæ actio fundari poteſt.

Inde ſequitur *Tertia*: *AN ET QVATENVS Subditis à Religione Domini ſui disſidentibus VOCATIO MINISTRORVM EX ALIVS RELIGIONIS LOCO ad celebranda Sacra de jure permitti vel posſit, vel debeat?* Iis, qui Religionis *publicum* Exercitium Anno 1624 habuerunt, poteſtas ea abſolute permiſſa; ſi caſus daretur, publicum Eccleſiæ Miniſtrum ibi locorum non exiſtere, quod rarum. Illi quoque, qui tum temporis *privato* gaviſi ſunt, ſi ipſi Parochum non habeant, aliunde alium ad confirmationem matrimonii, baptiza-

ptizationem infantum, celebrationem S. Cænæ Dominicæ &c. pro ſuo ſuorumque, (non aliorum, exterorumque; quibus privatum Exercitium ex perſona propria non competit:) commodo & ſalute evocare, permisſionem illimitatam habituri erunt: *AN CVM CEREMONIIS Religioni huius ſubditi ſolemnibus?* Hæreo; & magis nego: natura enim privati Exercitii non admittit. Qui vero *nullum* Exercitium Religionis Anno 1624 habitum probare posſunt; & proinde ſuæ devotioni domeſticæ ſolum in Lege relicti ſunt: *HISCENE PERMITTETVR idem facere?* Ex Lege ſcripta quisque, niſi fallor, noſtrum protinus negaverit; ſed hi vel ad locum, (quod tamen Illuſtres Reſpublicas quasdam mordicus denegâſſe pluribus exemplis admonemur:) ubi publicum Religionis Exercitium viget, ablegandi; vel ceremoniis loci, cui vivunt, illis (quod equidem in *baptismo* & *matrimonio* ſuam conſcientiam gravare, multi, ſuo periculo quisque, non credunt:) ſe ſubjiciendum, multosque ad eas coactos, non uno exemplo factum, innotuit. Cir-

Circa Sacro-ſanctam vero *Cœnam Dominicam* major inter Religiones contentio; ideoque Publicum Exercitium habens adeundus. Sed *QVID IN CASV ultimæ infirmitatis, circa noviſſimam animæ conſolationem, Confeſſionem peccatorum, Vſumque Sanctiſſimæ Cœnæ? An & hoc caſu* evocatione alius Paſtoris interdicendum, Subditusque omni vitæ mortisque ſolatio privandus? *An vero* extrema ſubditi neceſſitas, periculum, lamenta, tenacitatem Domini mitigabunt? Privatorum oculis, & ſenſui, forſitan cujuscunque, lachrymabile videtur, nec ſine cauſa eſt; agonizanti homini, inter vitæ & mortis confinia tremulis veſtigiis hærenti; fatalem & decretoriam horam ipſum ad DEI Filii tribunal, Peccatoribus tremendum, evocaturam, moribunda inter ſuspiria operienti; &, quod magis eſt, proximo tuo & Chriſtiano ſolatium poſt conſummatam temporis hujus miſeriam non reverſurum, abolitionem peccatorum, & viaticum ad, ab unaquaque Religione à ſe & ſua ſola ſperatum, Cœlum, vi juris plus quam ambitioſe perſequendi negaſſe:

ſe; Hic privatorum hac de re ſenſus, *Magiſtratuum* locorum Dominorumque Territoriorum alius eſt: Eorum maxime, qui Jura ſua tenacisſima rigiditate exequi, Subditisque, obvia quævis & opportuna in quærendi aut quæſiti alicujus novi juris argumentum, Dominorum præjudicium, & odioſas conſequentias trahere & arripere ſolitis, occaſiones mutandi vel debilitandi Legem, Rerumque novandarum ſtudia, præcidere, adſveti ſunt. Dabuntur, ut ſpes eſt, conſulendi ſibi in hoc caſu ſatis ingenioſa ſubditis conſilia, quibus & alterius rigor honeſtisſimis rationibus circumveniatur, & miſeri peccatoris miſeria ſublevetur. Sunt de his & aliis punctis multæ & memorabiles in Auguſtisſima Camera Imperiali, aliisque Principum Judiciis lites, tam inter Catholicos & Proteſtantes, quam inter hos invicem, ingentibus ſtudiis agitatæ: Quapropter nec hæ nominari poſſunt, ut indeciſæ; neque in quæſtione principali, præconcepta Sententia privata, Decreto Judicis prære pere convenit. Pauca hæc adjiciena

Votum Statuum Catholicorum in Actis Monaſterio-Oſnabrugenſibus: & alterum Auguſtanæ Confeſſionis *Evangelici Scriptoris. Illi* in materia non adeo diſſimili, ita: Die Obrigkeiten möchten in dergleichen Religions-Sachen / von ſelbſten ſolche billiche und Chriſtliche temperamenta gebrauchen / damit ſich derentwegen jemand zu beſchweren einige befugte Urſach nicht haben möge. de 21. Nov. *1646. Hic*, nimirum Forſtnerus *ad Tacit. l. 2. Annal. 85*, 4. *Locus invitabat*, inquit, *tractare hic illam tantopere de RELIGIONVM LIBERTATE exagitatam Quæſtionem* &c. *Sed nunc quidem, cum non omnino liqueat, AMPLIANDAM cenſeo.*

QVID AVTEM, Quarto, *ſi Subditus opponat præſcriptionem Exercitii vel publici vel privati?* Nihil acturum puto, ſi ſe cauſamque ſuam in temporibus bellum tricennale antecedentibus & aliquibus ſequentibus fundaverit; niſi probet, ſe Anno 1624 in reali poſſeſſione fuiſſe; neque ſi in immediate poſterioribus durante bello; quia hic requiſita præſcriptio XXX vel XL annorum ab Anno

Anno memorato usque ad concluſionem pacis abſolvi non potuit, & quæ interea cœpta, ſata fuit, *arg. Inſtr. Pac. art. XVII. §. Contra hanc. 3. AN ITAQVE SEQVENTIBVS temporibus contra Inſtrumenti Pacis præſentem articulum præſcriptio admittetur? AN EXERCITIVM RELIGIONIS de novo quadam quaſi Vſucapione quæri poterit?* Non ambigitur: quia nec futura pacta caſſata; nec futuræ præſcriptiones ſublatæ; nec noſtro patrumve ævo aliter creditum, quam dari hujus rei & Juris legitimam præſcriptionem, vid. Syring. *d. l. th. 48.* & Vit. Breitſchwerdt *in ſæpius cit. conſilio.*

De *VICINIA* qvoque diſputatum: *AN ILLA VERBA ſtricte accipienda, ita, ut extra Viciniam in locis procul disſitis publico exercitio, is, de quo loquimur, civis, intereſſe non poſſit?* Et *QVALIS HIC VICINIÆ æſtimatio?* Ubi, cum ipſa Lex noluerit præſcribere ſubdito, quo in loco, & quoties, DEO publica devotione ſervire velit, vel non ſervire debeat, pro favore Religionis pronunciandum: Viciniam eam putabimus, ubi alterius fidei

Exercitium haberi poteſt; quibuscunque etiam milliaribus à domicilio ſubdici locus disſitus.

NUM. XXXXI.

De Juribus Dominorum in Subditos & homines proprios: ad §. 37.

DE Jure Emigrandi locus eſt ad Num. 43 & 44 reſervatus. Hic *DE IVRE HOMINVM*, ut κατ' ἐξοχὴν vocantur, *PROPRIORVM*, der leibeigenen Leuthe / agendum: Et quatenus Receſſui Imp. *de An. 1555.* §. Wo aber unſere. 52. per Inſtrumenti Pacis *art. V.* §. *Conventum autem eſt.* 37. derogatum ſit? In utraque Conſtitutione libertas conſcientiæ illis relicta: in Pac. Relig. tamen inſerta (1.) *CLAVSVLA:* Gegen billigen Abtrag der Leibeigenſchafft. Ubi quæſivere: *AN HÆC HODIE QVOQVE Dominis ſalva ſit, ita, ut Subditi ad pretium manumisſionis exſolvendum nihilominus adigendi?* Ita; neque vero id immerito: iniquum enim eſſet, Dominum ob mutatam, vel mutandam, à

Sub-

Subdito Religionem, Juris ſui, vel integri, vel alicujus partis, dispendium temere pati.

SECVNDA eſt in fin. *d.* §. Wo aber. ibi: Doch ſoll denen Obrigkeiten an Ihren Gerechtigkeiten und Herkommen der Leibeigenen halben / dieſelbige ledig zu zehlen / oder nicht / hierdurch nichts abgebrochen / oder benommen ſeyn. *An ET HÆC PRIVILEGIA & Conſuetudines abrogatæ?* Cui connexa quæſtio: *An obligandi Domini ad permittendam ſolam Emigrationem perſonæ, ſalvo ſibi jure in eorum perſonas & bona competenti; AN VERO AD plenariam perſonarum manumiſſionem, & remiſſionem omnis Iuris, quod in eorum, vel perſonas, vel bona, illis tum viventibus, tum mortuis, habuerunt, vel habituri erant?* Inſtrumentum Pacis loquitur de manumiſſione, & impedimento ſervitutis, aliove prætextu, non inferendo; quæ verba cum effectu accipienda, ajunt *Subditi. Domini*; ſatisfeciſſe ſe Legi, conceſſa poteſtate Emigrandi; reliqua Jura, quæcunque, vel ex generali lege, vel ſingulari privilegio in perſonam competierant, quæ-

que inde ſequuntur, in bona immobilia vel mobilia, realia, vel perſonalia ſalva ipſis eſſe debere, contendunt: Dubito: an Superioritati Territoriali, &, quod magis eſt, Dominicæ, hoc, quicquid eſt, Juris, vel prærogativæ denegari, ſine lege derogotoria expreſſa, posſit.

Autor quoque addidit: *Subditos ſervilis conditionis manumittendi vel non, arbitrium antiquitus penes Dominos fuiſſe*: quod ſane Lex in verbis: Wie es eines jeden Orts von Alters her üblich herbracht und gehalten worden iſt / non dicit; & omnino diſtingvendum erat, utrum hoc Jus vel arbitrium Dominus privilegio, vel conſvetudine longæva, quæſitum habuerit; an vero non? Prioris Juri nihil per Pacem Religionis detractum erat: poſterior vero indiſtincte, caſſato omni libero arbitrio, ſubditum dimittere coactus fuit, ut recte docent JCti Dillingenſes *cap. 6. quæſt. 33. num. 19.* Si temporis *ante illam legem* conſiderationes computandæ, rationes poteſtatis dominicæ præponderant.

Num.

NUM. XXXXII.

Adminiſtrationem bonorum ab Emigrante etiam ſuæ Religioni addicto committi poſſe.

LIcitum Emigrantibus retenta bona per Miniſtros adminiſtrare &c. *SED QVOS? AN RELIGIONI Domini Territorii addictos? AN PROPRIÆ, cujus & Subditus emigrans fuerat?* Prius jubet Autor *h. l.* Verum rectius univerſæ diſpoſitiones liberrimæ voluntati Domini Territorii committuntur; Quid enim ſi Subditus adminiſtrationem bonorum commiſisſet ei, qui ſuæ Religionis eſt, ſed à Domino, cui perſona privata expulſionem concivis imperare non poteſt, migrare juſſus non fuit? Cui Dominus, in ditione ſua, ut viveret, permiſit? Si Dominus non contradicat? Omnino nihil impedit, quo minus is admittatur; niſi Dominus expresſis verbis abituro præſcripſerit, ne alium, quam ſuæ (ſcilicet, Domini) Religionis Virum bonis ſuis, vel reditibus, præficiat: cujusmodi

di Mandatum ab Imperatore Ferdinando II. Ordinibus Auſtriacis ſupra Onaſum Anno 1627 datum producit Carolus Caraffa *in Adi. German. Sacr. Reſtaur. pag. 149. §. Quod ſi vero, pag. 151 & ſeq. Inſtruct. pag. 153. in fin.*

NUM. XXXXIII & XXXXIV.

Ad §. 34 & 37. De Juribus & reſpective beneficiis Emigrandi ex Actis Pacificationis contra Interpretes diſputatum: poſt lapſum ad emigrandum terminum libertatem Religionis aut emigrationem ſalvam non eſſe.

LOcus eſt *DE EMIGRATIONIBUS IN TERRAS ALIENAS* illuſtris & plane Politicus in Miniſterio Cardinalis Mazarini, (quod ſolemni Panegyri adornavit Secretarius dicti Armandi, Sillonius:) *lib. 2. cap. 5. pag. 114.* Ex Gentium Jure; *in Iure Nat. & Gent.* Sam. Puffendorff,

dorff. *lib. 8. cap. 1. §. 2.* Funeſtus autem & prorſus miſerabilis apud Tacitum *lib. 2. Annal. cap 85. verſ. 4. Actum*, inquit, *& de Sacris Ægyptiis Iudaicisque pellendis; factumque Patrum Conſultum, ut quatuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta, quîs idonea ætas, in Inſulam Sardiniam veherentur, coercendis illic latrociniis, & ſi ob gravitatem cæli interiſſent, vile damnum: CÆTERI CEDERENT ITALIA, NISI CERTAM ANTE DIEM PROFANOS RITVS EXVISSENT.* Hæc tam in prioris Seculi, quam & noſtræ ætatis, non mores amplius & obſervantiam, ſed & perpetuorum Jurium ſenſuumque rigiditatem transiere. *DE VETERI IVRE*, &, *an Emigratio tunc temporis VOLVNTATIS fuerit, vel NECESSITATIS?* poſt Gylmannum disceptatum à Fridero *lib. 1. de Proceſſ. cap. 30.* Schvvanm. *obſ. Camer. 147.* Rolacorb. *Pract. For. cap. 31.* Ott. Meland. *ad Meurer. part. 2. pag. 450 & 451.* Maul. *de Pac. Relig. tit. 4. pag. 11.* Syring. *de P. R. th. 35.* Nobis de Inſtrumento Pacis res eſt. *Principia* hæc ſunt: Univerſi Juris Emigrandi duas eſſe partes; *aliam*,

di Mandatum ab Imperatore Ferdinando II. Ordinibus Auſtriacis ſupra Onaſum Anno 1627 datum producit Carolus Caraffa *in Adi. German. Sacr. Reſtaur. pag. 149. §. Quod ſi vero, pag. 151 & ſeq. Inſtruct. pag. 153. in fin.*

Num. XXXXIII & XXXXIV.

Ad §. 34 & 37. De Juribus & reſpective beneficiis Emigrandi ex Actis Pacificationis contra Interpretes diſputatum: poſt lapſum ad emigrandum terminum libertatem Religionis aut emigrationem ſalvam non eſſe.

Locus eſt *DE EMIGRATIONIBUS IN TERRAS ALIENAS* illuſtris & plane Politicus in Miniſterio Cardinalis Mazarini, (quod ſolemni Panegyri adornavit Secretarius dicti Armandi, Sillonius:) *lib. 2. cap. 5. pag. 114.* Ex Gentium Jure; *in Iure Nat. & Gent.* Sam. Puffendorff,

dorff. *lib. 8. cap. 1. §. 2.* Funeſtus autem & prorſus miſerabilis apud Tacitum *lib. 2. Annal. cap 85. verſ. 4. Actum*, inquit, *& de Sacris Ægyptiis Iudaicisque pellendis; factumque Patrum Conſultum, ut quatuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta, quîs idonea ætas, in Inſulam Sardiniam veherentur, coercendis illic latrociniis, & ſi ob gravitatem cæli interiſſent, vile damnum: CÆTERI CEDERENT ITALIA, NISI CERTAM ANTE DIEM PROFANOS RITVS EXVISSENT.* Hæc tam in prioris Seculi, quam & noſtræ ætatis, non mores amplius & obſervantiam, ſed & perpetuorum Jurium ſenſuumque rigiditatem transiere. *DE VETERI IVRE*, &, *an Emigratio tunc temporis VOLVNTATIS fuerit, vel NECESSITATIS*? poſt Gylmannum disceptatum à Fridero *lib. 1. de Proceſſ. cap. 30.* Schvvanm. *obſ. Camer. 147.* Roſacorb. *Pract. For. cap. 31.* Ott. Meland. *ad Meurer. part. 2. pag. 450 & 451.* Maul. *de Pac. Relig. tit. 4. pag. 11.* Syring. *de P. R. th. 35.* Nobis de Inſtrumento Pacis res eſt. *Principia* hæc ſunt: Univerſi Juris Emigrandi duas eſſe partes; *aliam*,

quæ concernit Dominum; *aliam*, quæ Subditos. *Illa* eſt, qua poteſtas permiſſa Domino, Subditis migrationem injungendi: *hæc*, quæ ſubditorum in his vel Jura vel beneficia deſcribit. *Reſpectu Subditorum* id in lite eſt: *AN EMIGRATIO ob diverſam ſuam à Domino Territorii profeſſam Religionem Subditorum liberrimo arbitrio* & *voluntati ex Pacificatione commiſſa ſit?* Cui decidendo ſine diſcrimine dicendum, quod ſic; nimirum, in Subditorum mera voluntate eſſe, an, quando, & quomodocunque, Domino, ſive volente & conſentiente, invito & reluctante, emigrare voluerint, ita, ut hac via electa nihil ullius prætextus impedimenti illis inferri poſſit, vel debeat, *art. V.* §. *Quod ſi vero.* 36. ibi: *ſponte emigrare voluerint &c.* & §. *Conventum autem eſt* 37. ibi: *neque ſive voluntarie, cum ſeq. Reſpectu* vero *Domini*, & quatenus principium totius actionis non à Subdito, ſed à Domino deſcendit, id quæritur: *POSSITNE DOMINUS Territorii Subditis diverſæ Religionis invitis & nolentibus præfixo certo termino*, qui in Imperio pro perſonarum diffe-

differentia vel triennii vel quinquennii, legalis eſt, *Emigrationem injungere*? Et de his quidem, qui Anno 1624 Exercitium Religionis publicū aut privatum habuerunt, id ex §. Hoc tamen non obſtante. 31. negari obtinuit: de illis vero, qui Anno 1624 neutrum habuerunt, ut & qui poſt Pacem publicatam, vel inpoſterum quandocunque Religionem mutaturi ſunt, gravior eſt ambiguitas: ex quo §. *Placuit porro.* 34 expreſſe tolerandos eos, ſuæque devotioni domeſticæ relinquendos vult: §. *Quod ſi vero.*36. in verbis: *aut à Territorii Domino juſſus fuerit &c.* & §. *Conventum* 37. ibi *ſive coacte emigrantibus &c.* negat; indubie præſupponunt; Emigrationem Subditis etiam invitis, mutationemque domicilii nolentibus quoque, cum effectu mandari poſſe. Hic hæret pleriſque aqua! *Alii* mixtam actionem futuram fingunt; quod, quia in præſenti caſu voluntarium & neceſſarium, libertas & coactio in uno ſubjecto convenire neſciunt, ſed tantum in diverſis ſimplicibus affirmativis vel negativis principiis tam à parte Domini, quam

quam Subditi, conſiſtunt, nondum extra litem; Et ſi forſan; quid hæc moralia ad effectum in publicis? parum. namque id agitur: An poteſtas ſit penes Dominum ejusmodi mixtam actionem Subdito injungendi? non qualis ſit penes Subditum in ſuſcipienda conſideratio. *Alii* manifeſtam contradictionem confeſſi cauſam ad Comitia remittunt. *Tertius*, Emigrationem coactionis eſſe, nihilo ſecius contendit, Spreng. *d. l. pag.* 255. *Alii* aliter, ſeparatis iis, qui tempore Inſtrumenti Pacis aliam Religionem jam amplexi fuere, ab illis, qui inpoſterum ſemel agnitam fidem mutabunt, civibus, litem expediunt. Blumius *h. tit. Num.* 44. novam exorſus conciliandi rationem, in prima quidem Editione obſcura oratione, cujusque ſenſus vix liqueat; in noviſſima vero explicatius tradit, *Nimirum*, diſtinguendum; utrum Dominus ſuum Subditum retinere cupiat, & tamen de Religione adverſus eum inquirere, eumque turbare conetur: an vero emigrare juſſus intra terminum præfixum non emigraverit? Ut priori caſu omnis

inquiſitio & turbatio per §.34. prohibita: poſteriori, per §. 36 & 37. permiſſa ſit. Sed qualis inter hæc duo membra juſta oppoſitio? Quid hæc ad voluntariam vel coactam Emigrationem, & §§. Con- vel Discordiam? Nihil ſane. Et ſi *de turbatione* res ſit, ita exiſtimandum: Dominum Territorii Subditum, quem patienter tolerare & retinere conſtituit, nullo modo turbare poſſe: (eſſent enim contradictoria, tolerare & turbare, adeoque abſonum quæſitu: An pacto tacito vel expreſſo ad tolerandum Subditum obligatus, eumque reapſe in facto tolerans eum turbare posſit? qui Legi pactove alligatus eſt, in Legem pactumve committere?) nec magis eum, cui, ut emigraret, jusſit; usque ad lapſum termini lege definiti:

Vbi vero termini (ſi ejus prorogatio à Domino, vel Domini ſuperiore, non petita & impetrata:) *finis & cesſit & venit, Subditus memoratam inquiſitionem ac turbationem pati, vel ad juſſum Domini emigrare tenetur.* Ita Blumius, ſed nimis molliter, ait. Imo vero plane contrarium

nobis

nobis ſtatuendum ; & hoc caſu Dominum omnibus quidem modis & rationibus ad Chriſtianam temperationem ſui rigoris (ut eleganter Domini Catholici, in Actis Monaſterienſibus, ſcripſerunt :) audiendam admittendamque adhortandum eſſe, cenſemus ; ſi vero jure ſibi quæſito uti velit ; rigoremque manſuetudini omnino anteferre ; liberum futurum ipſi, vel denegata Subdito omni Emigrandi libertate, (hoc enim beneficium, cujus articuli in §. 35 & 36 deſcribuntur ; quod ipſi Lex largita fuit ; pro neceſſaria alias Religionis mutatione arripiendum jam amiſit, Jusque Reformandi primævum ; Domino, hactenus per terminos legales noſtræ Pacis ſuſpenſum, iterum reſtitutum eſt :) ad Sacra ſua ſuamque Religionem competentibus remediis adigere ; vel, reſervata ſibi adverſus contumacem ob illuſum Mandatum Magiſtratus, ſpretamque Legem, quam ignorare non poterat, ſaltem non debuerat, Inſtrumenti Pacis pœna, vi nolentem repugnantemque terris ſuis & ditionibus ejicere ; *AN AUTEM ILLA POENA tunc reſervanda*

vanda ſit omnium bonorum confiſcatio? Quæſtionis eſt: Ita ſæpius edixit Ferdinandus II. in Diplomatibus à Car. Caraffa *in part. 2. Germ. Sacr. Reſtaur.* exhibitis. Mitiorem, ſi quis privatorum poſſet, ſvaderemus. Erronea proinde, quæ utrinque de novo ad Inſtr. Pac. contulit, notata; Blumius.

Id autem non omittendum: conſtare illis, quibus Pacificationis Acta communicata ſunt, inter Compaciſcentes quam difficillime de art. hoc XII. conveniſſe, adeo, ut Catholici ad eum ita notaverint: Dieſen Articul verwerffen wir gäntzlich / dann er iſt der Augſpurgiſchen Confeſſion-Verwandten eigener Regul: Cujus eſt Regio, ejus eſt de Religione diſpoſitio, zuwider; Wiewol wir Facultatem Reformandi den Evangeliſchen Ständen weiter nicht geſtändig ſind / als der Religions-Fried mit ſich bringt. *Nec minus* illud principio hujus legis exponendæ, ſupra Num. 18. præfixo, convenit, æqualitatem, ſicut inter utramque Religionem univerſaliter, ita & ſingulariter in hoc paſſu inter Dominum & Subditum

tum conſervandam. *Id quoque*; non licere nobis contrarietatem fateri, vel aſſerere: cum Pacificatores inter ſe convenire non poſſent, inſertum articulum ſatis ambiguum, &, ſi quis eventum ſpectaverit, pro libidine potentioris ſervandum, vel negligendum, & ſpernendum. Itaque certa requirenti tandem hæc ſententia ſedit; his evitandis firmam conſiſtere neceſſe eſſe concluſionem: Emigrationem *A PARTE SVBDITORVM*, id eſt, quatenus principium totius actionis *ab his movetur*, eſſe abſolutæ & liberæ voluntatis, ita, ut, prout dictum, quandocunque ipſis libuerit, Domino volente vel nolente, iis emigrare liceat; *ratione Domini* vero puræ neceſſitatis, ita, ut ſine fraude emigraturos ſubditos præciſe dimittere, ſive velit, de quo non dubitatur, ſive nolit, quo caſu nullum illis impedimentum penitus inferre poteſt, cogatur, *d. §. 36 & 37.* *A PARTE* vero *DOMINI*, id eſt, quando principium actionis *ab hoc* profluit, eſſe ratione Domini puræ voluntatis, & in ejus poteſtate, Emigrationem Subditis, vel volentibus, vel nolentibus

tibus, aut repugnantibus imperare, aut imperium omittere; *ratione ſubditorum* vero, & in horum perſona (qui An. 1624 Exercitio publico vel privato gaviſi non ſunt: &c.) præciſæ neceſſitatis, ita, ut cogantur mandato Domini ſine exceptione parére, familiamq; ſuam, ſalvis §. Quod ſi vero. 36. beneficiis, alio transferre; idque ita firmum conſtitui, & Lex jubet, & manifeſta æquitatis ratio: Wie dann das beneficium Emigrandi (verba ſunt Catholicorum in dictato Monaſterii d. 21. Nov. 1646.) nicht nur den Unterthanen / ſondern auch der Obrigkeit zu gutem kommt / und nemblich: Gleich wie der Unterthan wieder ſeiner Obrigkeit Verbott mit Beſchwärung ſeines Gewiſſens unter derſelben zu bleiben nicht ſchuldig; hingegen die Obrigkeit eben ſo wenig den Unterthänen / da er ſich der Reformation nicht untergeben wolt / zu gedulten verbunden ſeyn ſolte / auſſerhalb was eine jede Obrigkeit auß Chriſtlicher Sanfftmüthigkeit / freyen Willen und lauter Genaden nachſehen wöllte / ꝛc. Sicut itaque in *primo caſu* Subditus pro beneplacito emigrare poteſt;

Dominus autem eum dimittere cogitur: ita in *ſecundo* Dominus pro beneplacito migrationem imperare; Subditus parere cogendus: &, ſicut ibi Subditus non cogitur invitus eſſe ſub Magiſtratu alius Religionis; ita & hic Magiſtratus (cujus conditio ſane deterior eſſe non debet:) non cogendus, Subditum alius Religionis invitus ferre. At, *inquis*, ergo & qui Anno 1624 Exercitium publicum vel privatum habuerunt, ſi perſonæ, ſingulæ maxime, erunt, ad emigrandum cogi poterunt; quia & ibi indignum, ſubditos Dominum ferre non cogi, ſed emigrare poſſe: Dominum vero ſubditis retinendis adſtrictum hac libertate & poteſtate privari. Idq; ex facto quæſitum, in recentibus memoriis eſt. *Verum* his præſentior & expreſſa Lex præ reliquis patrocinatur; Hi in Lege manifeſta & jure quæſito ſe fundant; illi ſolam tolerantiam, infirmum, ad refrænanda Dominorum Jura, ſervandamque inter Dominum & Subditos diverſæ Religionis concordiam, vinculum, prætendere & implorare poſſunt. *Vlterius*; *QVID SI*

MAGISTRATUS variata univerſa actione & omiſſa omni de Religione mentione, ex jure mere civili & politico, ex Societatis civilis ineundæ vel diſſolvendæ legibus experiretur? &, ita enim in effectu eſt, paci inſidiaretur? Nimirum, Prætendens ait; Dimisſionem ex ſua Republica ſibi liberam eſſe debere, ſicut & aſſumtionem; vinculum Societatis inter Magiſtratum & Subditum, parentes & imperantes, non tam indomitum eſſe, ut ſolvi non posſit; nullam etiam eſſe legem ſcriptam, qua prohiberetur Dominus cives quosdam retinere, quibusdam cohabitationem in futurum denegare; Sicut in arbitrio civis eſt, civitati renuntiare, fortunarumque ſedem alibi figere: (*l.* 5. §. *ult. ff. de capt. & poſtlim. rev.* Gail. 2 *obſ.* 36. *n.* 4. & *ibid.* Græv. Mev. *ad Jus Lubec.* 1. 2. 2. 69.) ita & in Domini adverſus Subditum. *Reminiscimur*, ſolicite quosdem inter Respublicas Monarchicas, ab una; Ariſtocraticas, ut & Democraticas ab altera parte differentias quæſiviſſe, eo fine, ut ſecundum rationem præſentium in Germania regiminum, renunciatio Domini Subdito inti-

manda, ſi is *Monarchicè* terras teneret, libera & non circumſcripta aliis legibus; quam hac una, ne Subditi honori, famæ, bonis & familiæ præjudicium fieret; reſervaretur: *in Rebusp. Ariſtocraticis* vero, prout *& in Democraticis*, hæc omnia ſecus eſſe, nec poſſe à renunciante Magiſtratu vinculum cum cive ſemel colligatum adeo temere ſolvi. In omnem caſum Subditi erit, ſe intuitu Religionis cum fortunis ſuis exire juſſum, Judici probare; vel ratione damni præſentis vel futuri; lucri item ceſſantis & damni emergentis, cæteris paribus, cum Magiſtratu jure judiciove decernere, &, ſi ex re ſua futurum putaverit, ex Nat. & Gent. Juribus palam oſtendere; imo vero dictam inter Dominum & Subditum, ratione poteſtatis emigrandi & emigrare jubendi, æqualitatem prorſus nō ſuccedere; civem enim in civitatem concedentem omnes ſuas rationes eidem illigare; eas turbari aut everti neceſſum fore, ſi quolibet tempore expelli poſſet; contraxiſſe ſe tacite, & quaſi ſtipulatum, ne præter meritum ejiciatur: econtra, Magiſtratum ſuas for-

tunas

tunas privato civi non ſuperſtruxiſſe, adeoque ejus parum intereſſe, utrum privatus migret vel maneat; nec invidendum, plus licere hic civi, quam civitati; illum enim, ſi excedat, vel arbitrio civitatis ſe non componat, in ordinem redigi poſſe; adminiſtrationem Reip. vero, ſi civi ea diſpliceat, emendari à cive non poſſe, ſed illi duo ſola relicta; patientiæ gloriam, aut emigrationem; ceſſante itaque illa, hanc ſaltem in integro fore &c. Sam. Puſendorff. *lib. 8. de Iure Nat. & Gent. cap. 11. §. 6.* Dav. Mev. *ad Ius Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 2. num. 79.*

Sunt autem hîc loci, qui convellendæ inter Magiſtratum & Subditos paritati, urgendæque abſolutæ tolerantiæ Domino imperandæ diſcrimen inter utramque partem inſigne eſſe objectant: *nimirum*; Dominum tolerando diverſæ Religionis civem hoc unico gravari, quo civem alienæ Religionis ferre cogitur, alio nullo, Religione ipſi ſuisque libera; quod gravamen adeo leve putant, ut exinde tolerandi neceſſitas nullo modo

auferenda ſit. Econtra; Subdito licentiam emigrandi ideò liberrimam aſſerendam, quia penes hunc duplex gravamen oſtenditur, vita nimirum ſub alîus fidei Domino degenda, unum; &, quod alterum, interdictum ipſi Exercitium Religionis, quorum poſterius duriſſimum æſtimant; magisque ſtatuendum, in ſecundo caſu Dominum Emigrationem injungere ſimpliciter non poſſe, neque Subditum parere cogendum: Subditi vero Jura in primo caſu liberrime emigraturi contra Dominum vigore Inſtrumenti Pacis rigide defendi debere. Sed hæc Senſui Pacificatorum ex Actis demonſtrato & paritati mutuorum Jurium convenire nondum deprehenſum. Utraque parte duo prætendente: *Domino*, Jura Dominica & propria in ſuo, ut ſic dicam, fundo, & mox libertates conſcientiæ contra habitantes in alieno. *Subdito*, beneficium Legis ſatis ambiguæ, & eandem conſcientiam. Quæ omnia eo valuere, ut in regulam aliquam in utrumque uſurpandam deſcendi neceſſum habitum ſit. *Neque movet* in contra-

rium celebris hic objici ſolitus §. *Placuit porro.* 34. qui eo ipſo, quo tolerantiæ patientis, mediocri verbo, uſus fuit, præciſam Juris neceſſitatem Statibus non impoſuit, neque horum Jura in Subditos abrogavit, cum in d. loc. de Emigratione penitus ſiluerit; in reliquis vero, ubi ejus puncti mentio injecta, ſemper inter Emigrationem à Subditis ſponte ſuſceptam, & eam, quæ ad Dominorum juſſum facta fuit, accurate diſtinxerit: qui locus cum expreſſus ſit, etiam ſervandus, & Lex, quæ tam perſpicue de hac poteſtate locuta non fuit, inde explicanda; generalemq. regulam tam diu ſequendū, quam diu de ſpeciali doceri non poteſt: hoc autem in ſequentibus §§ *is* illico præſtito, ſenſum, quem exhibuimus, jure meritoque ſequimur. *Neque porro* obſiſtit § *Quod vero ad Comites.* 37. *ubi S.* Cæſ. Majeſtas Ordinibus Sileſiæ Emigrationis neceſſitatem remiſit; ergo multo magis id obtenturum in Imperii Statuum ditionibus: imo vero contra; quia S. Cæſ. Majeſtas ſpeciali illa ad interventionem Svecorum & Auguſtanæ

Confeſſionis Statuum facta conceſſione poteſtati in imperando Emigrationem renunciavit, verbis ferme non expreſſis declaravit, Se alias vi Juris territorialis id injungere etiam invitis potuiſſe; quod itaque Juris Imperatori competit, ut Duci Sileſiæ, reliquis etiam Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, qui non minus terrarum ſuarum Superiores ſunt, tribuendum.

Ita firmato Jure & licentia circa Emigrationes, ultimo moratur, *DE IVRE PRÆFIGENDORVM TERMINORVM*, disputatio: dequo in §. *Conventum autem eſt.* 37. bis formalibus: *illis Subditis, qui neque publicum neque privatum Exercitium Religionis ſuæ dicto anno habuerunt, &c. terminus NON MINOR QVINQVENNIO, illis vero qui poſt Pacem publicatam Religionem mutant, NON MINOR TRIENNIO, &c. ad emigrandum præfigatur.* Hic enim in ingreſſu ſtatim controverſum: *VTRVM IN POTESTATE Magiſtratus ſit præfixos in lege terminos coarctare?* Quod negandum; cum verba expreſſa repetita: *NON MINOR*, &c, poteſtatem illam dene-

denegent. *QVID SI DE FACTO attentetur?* Licitum erit Subdito per viam Mandati de non gravando adverſus diſpoſitiones Inſtrum. Pacis S. C. à ſupremis Tribunalibus impetrandi: aliave competentia Juris remedia, ſibi & ſecuritati ſuæ conſulere. Notanter perrexit Lex: *niſi tempus magis laxum & ſpatioſum impetrare potuerint*, &c. *SED A QVO? AN A DOMINO?* Ita: non enim huic, uti conſtringendi, ita & dilatandi & prorogandi, (quarum illa, tanquam legi adverſa, odioſa; hæc propter libertatem conſcientiæ, & ſublevationem per emigrationem alias etiam ſatis gravati Subditi, favorabilis:) poteſtas abroganda. *QVID SI DENEGET omnem extenſionem?* Subditus impoſſibilitatem, impedimenta, aliasve juſtas cauſas alleget? deſtituendus ne hic auxilio? illi jus reformandi in perſonam, vel Jus aliud in bona reſtituendum? Nullatenus. reluctante Domino, probatis Juſtis, veris, & relevantibus cauſis, Conſilium Imperiale Aulicum & Imperialis Camera ad inſtantiam Subditi, (ſed *QVALEM?*

PER SUPPLICAM? pro Mandato factam, quæ nullius momenti & ſucceſſus erit; quia illi, qui legem hactenus ipſum non cogentem pro ſe habet, ob cauſas nondum in judicio deductas, ſine clauſula mandari non poteſt: *AN VERO pro Citatione ad videndum reddi rationes non factæ emigrationis, & prorogari terminum legis, juncto*, ubi opus, *Mandato de non offendendo?* quæ facilius, (ſi juriſdictio recte fundaretur:) decernuntur.) pro nobiliſſimi ſui officii arbitrio legis terminos prorogabunt. Gylm. *tom. 2. Symph. p. 1. vot. 12. n. 3.*

NUM. XLV.

Ad §. 27. De Jure Debitoris terras ſuas oppignoratas reluentis; ut & Subditorum.

DE Jure Debitoris terras Creditori oppignoratas reluentis circa Exercitium Religionis ſatis clare *Art. V. §. Quæ vero bona. 27.* in hunc ſenſum diſponit: Domino ſcilicet reluenti li-…m futuram ſuæ Religionis publicam

in

introductionem; (cujus exempla in Eminentiſſimo Electore Moguntino, ratione Præfecturæ Viæ, vel, ut vulgo appellant, Stradæ Montanæ; & Epiſcopo Herbipolenſi, ratione Kizingen, obvia.) Incolas Subditosque ad deſerendam ſub priori poſſeſſore amplexam Religionem non, neque ad emigrandum cogendos; de publico Exercitio ipſis cum Domino paciſcendum. Sed nec hæc ſine ſcrupulo: Impedit enim: *Primo*; cum Lex de bonis inter Status Imperii ſibi invicem pignoris jure ante hominis memoriam obligatis à Debitoribus vel reluendis vel relutis verba faciat, quæri: *ALIUDNE IURIS eſſe debeat in bonis ante bellum civile, vel eo jam durante, oppignoratis?* Lex §. *Hoc tamen non obſtante.* 31. liti, cum liquidis indiciis, ea verba animo Conſtitutionem reſtringendi inſerta, probari non posſit, porro etiam ex connexione §. 26 cum §. 27. non difficile judicatu ſit, quæ controverſiæ inſerendo articulo, tam in genere, quam ſpeciatim, anſam dederint, deciſionem procuratura erit.

Dein; *An & quale tempus receptæ, habitæ*

vel

vel poſſeſſæ ſub priori Creditore poſſeſſore Religionis hic ſubintelligendum? An ſufficiat quocunque tempore aliam Religionem exercuiſſe? An ante concluſam Pacem noviſſimum exigendum? An vero hic quoque Annus 1624. tanquam deciſorius requirendus? Sine præjudicio: poſtremus non videtur. Si enim hoc Anno 1624 Jus exercendi Religionem obtentum fuiſſet, quid hac lege opus futurum fuiſſet, & quis controverteret, num Subditi in publico privatove, tum temporis habito, exercitio relinquendi, eosque tuendum ſit? arg. d. §. 31. Sufficiet itaque quocunque tempore? ubi, & forte non injuſte, ultimum usque ad concluſam Pacem, vel ſaltem reluitionem, alienæ fidei habitum Exercitium interpretari volunt: Pacta etiam & Tranſactiones ad alia, quam quæ juxta ſæpe dictum Annum alias regulantur, negotia pertinere; accedere tandem non mediocrem iniquitatem, ſi Subditi de Religione Anno 1624, omnibus Imperii membris adeo inviolabili fide ſervando, exercita, tum demum, cum diſpendio pri-

pridem defenſi Juris, paciſci vel tranſigere deberent. *Et eſto!* tranſigendum eſſe de quocunque cujuſcunque temporis publico Exercitio: *QVID SI*, quemadmodum omnes Conventiones, & ineundarum earum articuli, meræ voluntatis, non neceſsitatis, etiam ex Jure Gentium ſunt, inter dictum Dominum reluentem ejusque ſubditos conveniri non posſit, utraque partium ſuis Juribus, quibus lege non cecidit, confiſa? *QVIS HIC IVDEX?* Ut videtur, nullus. Neque enim fori, neque Judicis ad reddendum Judicium in invitum conſtituti eſt, partes ad aliquam tranſactionem cogere, vel ſententiam proferendo dicere, quantum altera alteri largiri, quantum retinere, quantumve remittere, in caſu prorſus penes Judicem illiquido, debeat: in punctis mutuorum gravaminum hinc vel illinc in præjudicium habitorum jurium illatorum Tribunalia judicabunt. *QVALE* autem *EXPEDIENS?* Via Compromisſi in utriusque Religionis perſonas faciendi: ſed cum nemo invitus in eam viam deſcendere cogatur, res

res huc uſque per impartiales Cæſarum Commiſſarios expediunda fuit.

Tertio: AN IDEM OBTINEAT in feudo morte Vaſalli, felonia, aliave quacunque juſtâ ratione ad Dominum directum reverſo? Et, utrum occaſione inſertorum verborum; *Domini directi*, hic caſus ad normam d. §. 27. reſolvendus? Formulam id operari, vix obtineri poterit: obſervanda ergo *ratione Subditorum*, quæ An. 1624 obtinuiſſe demonſtrari poſſunt; ita, ut, ſi hoc tempore juribus, de quibus Quæſtio eſt, gaviſi ſunt, nunquam iis, niſi læſa Lege & Juſtitia, deſtitui queant: Si minus; eos ad admittenda §. 34. 35 & 36 diſpoſita obligandos, ratio jubet. *Ratione Domini*, quatenus is, vel Catholicus vel Evangelicus, poteſtatem introducendæ Religionis juxta dicenda ad Num. 49. metiemur. Sed, *VTRVM DOMINO Religionis Evangelicæ, vel Reformatæ, in Subditos per reluitionem ad ſe reverſos idem juris competat? itemque: AN EXERCITIVM* ſuæ Confesſionis publicum in hac ditione noviter inſtituendum, cum alias illis in Reformatis, his

his in Evangelicis ditionibus vi Art. VII, ſolum privatum adſcriptum ſit, permitti debeat? Dubitatum: allegabitur utrinque textus generalis §. 27: in contrarium non ſegnius utrinque manifeſta & æque generalis art. VII diſpoſitio; ibi: *aliove quocunque titulo nactus fuerit aut recuperârit &c.* Judicium equidem non profunda contentione à Judice & litigantibus formandum, qui perpendent, (& hoc Juris & neceſſitatis eſt:) §. 27 male cum Art. VII Compoſitiones Pacis inter Catholicos & Proteſtantes initas, & in Art. V. promulgatas; cum iis, quæ Proteſtantibus inter ſe, excluſo Catholicorum Intereſſe; placuere, committi.

Num. XLVI.

Ad §. 42. De Juribus Domini Feudi & Vaſalli circa punctum Reformationis. Quid à feudali aut ſubfeudali qualitate dependere? contra Autorem.

De

D*E VASALLI ET SUBVASALLI POTESTATE* & juribus circa punctum Reformationis, veteribus varie ſenſum: aliis, Vaſallis Jura Reformandi aſſerentibus, Frider. *lib. 1. de Proceſſ. cap. 32.* Quod verbotenus exſcripſit Maul. *de Pac. Relig. tit. 4. pag. 18.* add. Henr. Bocer. *de Iure Dom. & Vaſ. lib. 2. cap. 6. n. 4.* Meland. *ad Meurer. part. 2. pag. 452.* aliis denegantibus, Vid. JCti Dillingenſes *cap. 6. quæſt. 39. num. 74.* Herm. Eſaias Roſacorb. *Pract. For. cap. 30.* (cujus Conſultatio noſtro iudicio omnino huc conferenda:) *n. 31. & ſeqq.* Id hic in quæſtionem, de ſenſu Art. V. §. *A ſola qualitate. 42.* venit: *QVID SIT A FEUDALI ET SUBFEUDALI QUALITATE DEPENDERE?* id eſt, *AN d. §. 42.* de Jure Reformandi Vaſallo in feudo, vel Subvaſallo in Subfeudo, denegando loquatur? *AN VERO* de Domino feudi directo ad Reformationem terrarum feudalium (& reſpective (hunc enim caſum Conſtitutio ſimul implicite reſolvere videtur:) vaſallo ratione ſui Subvaſalli) ſub ejus qualitatis prætextu non admittendo? *Prius*, ut ſolet, male

hoc

hoc loco adprobat Autor. *Poſterius* longe veriſſimum; non ambigue atteſtantibus ipſis verbis textus, & Gravaminum exhibitorum ſenſu: Capitulatione etiam Leopoldina, art. Und zum Dritten, ibi: Weder unter dem prætext der Lehen-Herrſchafft &c. Unde erroneum eſt, quod Autor mox *ab initio*, deducta conſequentia, ſtatuit; Domino territorii directo Jus Reformandi, excluſo ab ejusdem prætenſione vaſallo, competere: quod ſane manifeſto textui d. 42. qui evitato hoc dubio, ſimpliciter ſe ad obſervantiam Anni 1624 refert, repugnat. *Neque alterum* convenit, quod ait: niſi, Vaſallus ſcilicet, vel ſubvaſallus, in quieta iſtius Juris poſſeſſione reali fuerint; Lex enim id non dicit, nec poſſeſſionem aliquam, ſive veram, ſive quaſi, à parte dictorum vaſallorum requirit, ſed Religionem Anno 1624 cultam, & bona adminiſtrari, & Jura, quæ tum erant, conſervari obſervarique jubet.

De eo autem hodie controvertitur; Si de Jure Reformandi circa illas perſonas, quæ Anno 1624 in poſſeſſione vel

quaſi Exercitii ſuæ Religionis, vel publici vel privati, non fuerunt, vel quæ poſt ſancitam Pacem ad aliena ſacra tranſiverunt, quæratur, utri, *DOMINONE, an vero Vaſallo Ius Reformandi competat? Putaverunt*; deciſionem ex eo petendam; quis Anno 1624 in poſſesſione, vel iſtius Juris vel Exercitii unius Religionis; vel maximæ partis hujus temporis fuerit: ſed hinc lites ſe exerent innumerabiles; &c, quid ſi actus poſſeſſorii nulli exerciti? & non de facto, ſed Jure diſceptatio oriatur? Quis reformabit? Dominusne an Vaſallus? *An dicendum*, Vaſallum; ſi in Anno 1624 certam Religionem in ditionem feudalem introduxerit; vel olim introductam conſervaverit; eamque ſolam quaſi poſſederit; Reformationem in eos, qui ſequentibus annis aliam fidem elegerunt, vel inpoſterum electuri, juſtisſime uſurpare, non Dominum: Si in exercitio vel dicti Juris vel Religionis non fuerat, aliud ſtatuendum? *An vero*; Vaſallo vel ſubvaſallo, ſive in iſtius Juris poſſesſione Anno 1624 fuerit, ſive minus; ſive dicto Anno Religio-

gionem, quam nunc ſequitur, amplexus fuerit, ſive minus, liberam vindicandam poteſtatem; Subditos; qui Anno 1624. ſuæ fidei Exercitium nullum habuerunt; Reformandi; excluſo ab univerſo hoc negotio feudi Domino? *Hic* allegabit eminentem Superioritatem Territorialem directumque Dominium, cui Autor adſtipulari videtur: *Ille* quoque fundamentis à ſupra citatis JCtis deductis non deſtituitur; *falſum* enim eſt in hoc §. 42. ademptam Vaſallo Reformandi poteſtatem, aut, è contrario, Domino datam. Itaque ſalvo jure cujuscunque poſteriorem opinionem probabilem judicamus; Vaſallo Jura ſua reſtituenda; Dominum (niſi Vaſallus ſimul & Subditus, adeoque de territorio & Landſasſius fuerit:) deferendum: ità ut *à qualitate feudali dependere*, in d. §. 42. non id ſit, certum territorium feudi nomine recognoſcere, &, ut quis Vaſallus eſt; posſidere; ut Autor explicat: ſed certi alicujus territorii Jura ſub qualitate feudi à ſe conceſſi; & quatenus quis Dominus feudi directus eſt, præ-

tendere. Vid. *d*. §. 42 ibi: *& quicquid Dominus feudi prætendat &c.* adeo; ut Domino feudi directo, nec Exercitii Publici introductio, multo minus Reformatio, concedenda; ſi quid adverſus obſervantiam & jura à Domino attentatum vel innovatum fuerit, tollendum, & in priſtinum ſtatum reſtituendum ſit; de reliquis Vaſallorum Juribus ſilet, ſaltem nihil detrahit, ex Jure communi reliquo proinde æſtimandis, Lex. At, quærebatur, *QVALE ILLVD IVS COMMVNE, ex quo juſtis probationibus demonſtrari posſit, Vaſallo Domino feudi non ſubjecto; neque Landſasſio, aliquid & id Iuris competere?* Jura *hæc*; ſæpe dicta poteſtas Reformandi, &, mutata à Vaſallo Religione, Catholica, vel Evangelica aut Reformata, illa cum Evangelica, vel hiſce cum Catholica; publicum: Reformata, vel Evangelica, illa cum Evangelica, vel hac cum Reformata; privatum Exercitium Religionis introducendi licentia. Argumenta, reſpondebatur, petenda fore, *aut* ex temporibus concluſam Pacem antecedentibus, *aut* coævis, *aut* con-

conſequentibus. *Primis* ætatibus omnia notorie in litigio noſtrorum Jure Conſultorum, ſuperius advocatorum teſtium, eſſe; de *coævis* & *conſequentibus* tacere §. 42. qui tamen tractandis Dominorum & Vaſallorum Juribus proprius deſtinatus erat. Imò vero non; *ſatis* enim locutus fuit, in cit. verbis: *& quicquid Dominus feudi prætendat, &c.* *Satis* etiam integra diſpoſitio methodica & ſumma Art. XIV. utpote in quo Paciſcentes ſedem Jurium jus Reformandi non tribuentium ſpecialem figere voluerunt, quæ inter, cum in ſpeciem fortisſimum jus Domini in feudo prætenſum fuerit, primo etiam abrogatum: Satis denique *textus* expreſſius in §. *Libera & Immediata Imperii Nobilitas.* 28. in verbis: *una cum Subditis & bonis ſuis FEVDALIBVS* (ſine dubio etiam illis, quæ ab aliis ſuperioribus aut quibusvis feudali jure tituloque poſſederunt, aut adhuc posſident:) *in Juribus Religionem concernentibus & Beneficiis inde promanantibus idem Ius habeant, quod Electoribus, Principibus & Statibus competit:* hæc regula. Sequitur Exceptio: *niſi*

ſorte in quibusdam locis ratione bonorum & reſpectu territorij vel domicilij aliis Statibus reperiantur ſubjecti. Quis itaque hæſitaverit, per coæquationem inferioris cum Superioribus Statibus, & expreſſam bonorum feudalium, ut & allodialium mentionem, & ſuperius ex ipſis legibus deducta, Jura, de quibus quæſtio eſt, roborata eſſe, eaque propter poteſtatem Vaſallorum in Jus Imperij commune tranſiiſſe.

NUM. XLVII.

Ad §. 43. Jus Reformandi in territorii juris controverſi & communis caſibus: diſtincte expoſitum; jura noviter reſtituti deſignata.

CIrca Articuli V. §. *Territorij jure.* 43. neceſſaria eſt duorum caſuum; *IURIS TERRITORII CONTROVERSI*, & *COMMUNIS*, ab ſe invicem ſeparatio. De *PRIORI* ait Inſtrumentum Pacis: Quoad publicum Exercitium manſurum eum in

pos-

poſſesſione ejus, qui Anno 1624 in poſſesſione reali fuerat, ſive ante, ſive poſt terminum Anni 1624 Jus territoriale in controverſiam vocatum fuerit; in eaque; donec ſuper poſſeſſorio & petitorio cognoſcatur & decidatur; poteſtatem vero ſubditis diverſæ Religionis emigrationem ſuſcipiendam indicandi, (& per conſequentiam Jus Reformandi? Ita omnino; juxta §. 43. ibi: *idem Ius eſto, &c.* nimirum, quale in §. 42. conſtitutum.) ſuſpenſam fore. Hæc evidentius ex ſequentibus pateſcunt: aut enim An. 1624 *alter tantum* in poſſeſsione illius Exercitii fuit, aut *uterque*; Si *alter* tantum; hic manutenebitur in poſſeſſione. Si *uterque*; indiſtincte, quisquis etiam cum altero concurrat, publicum juxta obſervantiam Anni 1624 reſtituetur Exercitium pro ea parte, in qua pro indiviſo, (ſi enim certis partibus & præfinitis ſeparatis rationibus conſtitiſſet, inepta futura erit quæſtio:) ſalva controverſia deſuper jam orta aut oritura, concurrebat; aut prætenſionis expeditio ex verſ. *In iis locis ubi Catholici, &c.* quod ſatis veroſimile, pendebit.

Finito poſſeſſorio & petitorio liteque deciſa noviſſimè in poſſesſionem miſſus, vel *Catholicus* eſt, aut *Auguſtanæ Confeſſioni variatæ*, vel *invariatæ*, addictus; poſteriores cum Catholico, aut ille cum his utrisque, vel Evangelico, vel Reformato, concurrit; & partibus utrisque (ſuppoſito, alterũ controvertentem univerſo jure Superioritatis per Sententiam non excidiſſe:) publicum Exercitium ſuæ Religionis juſte non denegabitur; vel Auguſtanæ Confesſionis Evangelicus ex poſt facto concurrens cum Reformato aut contra; Et celebrando, novo, privato, contentus eſſe cogetur.

Id dubii ſupereſt; ſi alter ex capite Amniſtiæ juxta Annum 1618, alter juxta Annum 1624 reſtituendus; *QVID IVRIS? ET AN RESTITVTVS juxta Amniſtiam, cum in poſſeſſione Anno 1624 non fuiſſet, cum altero in poſſeſſione tum relicto publicum Exercitium introducendi licentiâ gaudere poſſit?* Hæc Juris, in territorio indiviſo, quod ſupponitur, &, ex poſteriori facto communis, quæſtio eſt; *reſtituendo* patrocinante Art. V. §. 13. qui integer

hic

hic eſt: Terminus autem Anni 1624 nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite Amniſtiæ, aut aliunde, reſtituendi veniunt, *Poſſeſſori*; verſiculo ult. d. §. 43. Deciſio, ut adnotat Sprenger. aliique, Statibus Imperii in Comitiis debetur. Cæterum non difficilis erit conjectatio; cum d. §. 13. de reſtitutione in Secularibus, cui reſtitutio in Eccleſiaſticis adeoque Annus 1624 nulla ratione præjudicare debet, & termino à quo in Eccleſiaſticis, ad terminum à quo in Politicis non extendendo, ſed utrisque prorſus diſtinctis rationibus dijudicandis, loquatur, Status Imperii novo illi reſtituto Condomino juxta ea, quæ prolixius illico ad Num. 49. & ſeqq. poſt alios, conſulturi erimus, vel publicum vel privatum Exercitium pro ratione formatarum hypotheſium adjudicaturos fore.

Adnectendum etiam; *QVID SI AGATVR inter duos non ſolum de poſſesſione territorii*, ſed & *IVRIS SVPREMI TERRITORIALIS, quam NEVTER Anno 1624 habuit, recuperanda?* Subditi ſine dubio relinquendi erunt illi Cultui, qui

DE *VASALLI ET SVBVASALLI POTESTATE* & juribus circa punctum Reformationis, veteribus varie ſenſum: aliis, Vaſallis Jura Reformandi aſſerentibus, Frider. *lib. 1. de Proceſſ. cap. 32.* Quod verbotenus exſcripſit Maul. *de Pac. Relig. tit. 4. pag. 18.* add. Henr. Bocer. *de Iure Dom. & Vaſ. lib. 2. cap. 6. n. 4.* Meland. *ad Meurer. part. 2. pag. 452.* aliis denegantibus, Vid. JCti Dillingenſes *cap. 6. quæſt. 39. num. 74.* Herm. Eſaias Roſacorb. *Pract. For. cap. 30.* (cujus Conſultatio noſtro iudicio omnino huc conferenda:) *n. 31. & ſeqq.* Id hic in quæſtionem, de ſenſu Art. V. *§. A ſola qualitate, 42.* venit: *QVID SIT A FEVDALI ET SVBFEVDALI QVALITATE DEPENDERE?* id eſt, *AN d. §. 42.* de Jure Reformandi Vaſallo in feudo, vel Subvaſallo in Subfeudo, denegando loquatur? *AN VERO* de Domino feudi directo ad Reformationem terrarum feudalium (& reſpective (hunc enim caſum Conſtitutio ſimul implicite reſolvere videtur:) vaſallo ratione ſui Subvaſalli) ſub ejus qualitatis prætextu non admittendo? *Prius*, ut ſolet, male

hoc

hoc loco adprobat Autor. *Poſterius* longe veriſſimum; non ambigue atteſtantibus ipſis verbis textus, & Gravaminum exhibitorum ſenſu: Capitulatione etiam Leopoldina, art. Und zum Dritten, ibi: Weder unter dem prætext der Lehen-Herrſchafft &c. Unde erroneum eſt, quod Autor mox *ab initio*, deducta conſequentia, ſtatuit; Domino territorii directo Jus Reformandi, excluſo ab ejusdem prætenſione vaſallo, competere: quod ſane manifeſto textui d. 42. qui evitato hoc dubio, ſimpliciter ſe ad obſervantiam Anni 1624 refert, repugnat. *Neque alterum* convenit, quod ait: niſi, Vaſallus ſcilicet, vel ſubvaſallus, in quieta iſtius Juris poſſeſſione reali fuerint; Lex enim id non dicit, nec poſſeſſionem aliquam, ſive veram, ſive quaſi, à parte dictorum vaſallorum requirit; ſed Religionem Anno 1624 cultam, & bona adminiſtrari, & Jura, quæ tum erant, conſervari obſervarique jubet.

De eo autem hodie controvertitur; Si de Jure Reformandi circa illas perſonas, quæ Anno 1624 in poſſeſſione vel

quaſi Exercitii ſuæ Religionis, vel publici vel privati, non fuerunt, vel quæ poſt ſancitam Pacem ad aliena ſacra tranſiverunt, quæratur, utri, *DOMINONE; an vero Vaſallo Ius Reformandi competat? Putaverunt*, deciſionem ex eo petendam; quis Anno 1624 in poſſeſſione, vel iſtius Juris vel Exercitii unius Religionis; vel maximæ partis hujus temporis fuerit: ſed hinc lites ſe exerent innumerabiles; &c, quid ſi actus poſſeſſorii nulli exerciti? & non de facto, ſed Jure diſceptatio oriatur? Quis reformabit? Dominusne an Vaſallus? *An dicendum*, Vaſallum; ſi in Anno 1624 certam Religionem in ditionem feudalem introduxerit; vel olim introductam conſervaverit; eamque ſolam quaſi poſſederit; Reformationem in eos, qui ſequentibus annis aliam fidem elegerunt, vel inpoſterum electuri, juſtisſime uſurpare, non Dominum: Si in exercitio vel dicti Juris vel Religionis non fuerat, aliud ſtatuendum? *An vero*; Vaſallo vel ſubvaſallo, ſive in iſtius Juris poſſesſione Anno 1624 fuerit, ſive minus; ſive dicto Anno Religio-

gionem, quam nunc ſequitur, amplexus fuerit, ſive minus, liberam vindicandam poteſtatem; Subditos, qui Anno 1624 ſuæ fidei Exercitium nullum habuerunt; Reformandi; excluſo ab univerſo hoc negotio feudi Domino? *Hic* allegabit eminentem Superioritatem Territorialem directumque Dominium, cui Autor adſtipulari videtur: *Ille* quoque fundamentis à ſupra citatis JCtis deductis non deſtituitur; *falſum* enim eſt in hoc §. 42. ademptam Vaſallo Reformandi poteſtatem, aut, e contrario, Domino datam. Itaque ſalvo jure cujuscunque poſteriorem opinionem probabilem judicamus; Vaſallo Jura ſua reſtituenda; Dominum (niſi Vaſallus ſimul & Subditus, adeoque de territorio & Landſasſius fuerit:) deſerendum: ita ut *à qualitate feudali dependere*, in d. §. 42. non id ſit, certum territorium feudi nomine recognoſcere; &, ut quis Vaſallus eſt; posſidere; ut Autor explicat: ſed certi alicujus territorii Jura ſub qualitate feudi à ſe conceſſi; & quatenus quis Dominus feudi directus eſt, præ-

tendere. Vid. *d*. §. 42 ibi: *& quicquid Dominus feudi prætendat &c.* adeo, ut Domino feudi directo, nec Exercitii Publici introductio, multo minus Reformatio, concedenda; ſi quid adverſus obſervantiam & jura à Domino attentatum vel innovatum fuerit, tollendum, & in priſtinum ſtatum reſtituendum ſit; de reliquis Vaſallorum Juribus ſilet, ſaltem nihil detrahit, ex Jure communi reliquo proinde æſtimandis, Lex. At, quærebatur, *QVALE ILLVD IVS COMMVNE, ex quo juſtis probationibus demonſtrari posſit, Vaſallo Domino feudi non ſubjecto, neque Landſasſio, aliquid & id Iuris competere?* Jura *hæc*; ſæpe dicta poteſtas Reformandi, &, mutata à Vaſallo Religione, Catholica, vel Evangelica aut Reformata, illa cum Evangelica, vel hiſce cum Catholica; publicum: Reformata, vel Evangelica, illa cum Evangelica, vel hac cum Reformata; privatum Exexcitium Religionis introducendi licentia. Argumenta, reſpondebatur, petenda fore, *aut* ex temporibus concluſam Pacem antecedentibus, *aut* coævis, *aut* con-

conſequentibus. *Primis* ætatibus omnia notorie in litigio noſtrorum Jure Conſultorum, ſuperius advocatorum teſtium, eſſe; de *coævis* & *conſequentibus* tacere §. 42. qui tamen tractandis Dominorum & Vaſallorum Juribus proprius deſtinatus erat. Imò vero non; *ſatis* enim locutus fuit, in cit. verbis: *& quicquid Dominus feudi prætendat, &c.* *Satis* etiam integra diſpoſitio methodica & ſumma Art. XIV. utpote in quo Paciſcentes ſedem Jurium jus Reformandi non tribuentium ſpecialem figere voluerunt, quæ inter, cum in ſpeciem fortisſimum jus Domini in feudo prætenſum fuerit, primo etiam abrogatum: Satis denique *textus* expreſſus in §. *Libera & Immediata Imperij Nobilitas.* 28. in verbis: *una cum Subditis & bonis ſuis FEVDALIBVS* (ſine dubio etiam illis, quæ ab aliis ſuperioribus aut quibusvis feudali jure tituloque poſſederunt, aut adhuc posſident:) *in Iuribus Religionem concernentibus & Beneficiis inde promanantibus idem Ius habeant, quod Electoribus, Principibus & Statibus competit:* hæc regula. Sequitur Exceptio: *niſi*

ſorte in quibusdam locis ratione bonorum & reſpectu territorij vel domicilij aliis Statibus reperiantur ſubjecti. Quis itaque hæſitaverit, per coæquationem inferioris cum Superioribus Statibus, & expreſſam bonorum feudalium, ut & allodialium mentionem, & ſuperius ex ipſis legibus deducta, Jura, de quibus quæſtio eſt, roborata eſſe, eaque propter poteſtatem Vaſallorum in Jus Imperij commune tranſiiſſe.

NUM. XLVII.

Ad §. 43. Jus Reformandi in territorii juris controverſi & communis caſibus: diſtincte expoſitum; jura noviter reſtituti deſignata.

CIrca Articuli V. §. *Territorij jure.* 43. neceſſaria eſt duorum caſuum; *IURIS TERRITORII CONTROVERSI*, & *COMMUNIS*, ab ſe invicem ſeparatio. De *PRIORI* ait Inſtrumentum Pacis: Quoad publicum Exercitium manſurum eum in

pos-

poſſeſſione ejus, qui Anno 1624 in poſſeſſione reali fuerat, ſive ante, ſive poſt terminum Anni 1624 Jus territoriale in controverſiam vocatum fuerit; in eaque, donec ſuper poſſeſſorio & petitorio cognoſcatur & decidatur; poteſtatem vero ſubditis diverſæ Religionis emigrationem ſuſcipiendam indicandi, (& per conſequentiam Jus Reformandi? Ita omnino; juxta §. 43, ibi: *idem Jus eſto, &c.* nimirum, quale in §. 42. conſtitutum.) ſuſpenſam fore. Hæc evidentius ex ſequentibus pateſcunt: aut enim An. 1624 *alter tantum* in poſſeſsione illius Exercitii fuit, aut *uterque*: Si *alter* tantum; hic manutenebitur in poſſeſſione. Si *uterque*; indiſtincte, quisquis etiam cum altero concurrat, publicum juxta obſervantiam Anni 1624 reſtituetur Exercitium pro ea parte, in qua pro indiviſo, (ſi enim certis partibus & præfinitis ſeparatis rationibus conſtitiſſet, inepta futura erit quæſtio:) ſalva controverſia deſuper jam orta aut oritura, concurrebat; aut prætenſionis expeditio ex verſ. *In iis locis ubi Catholici, &c.* quod ſatis veroſimile, pendebit.

Finito poſſeſſorio & petitorio liteque deciſa noviſſime in poſſeſſionem miſſus, vel *Catholicus* eſt, aut *Auguſtanæ Confeſſioni variatæ*, vel *invariatæ*, addictus; poſteriores cum Catholico, aut ille cum his utrisque, vel Evangelico, vel Reformato, concurrit; & partibus utrisque (ſuppoſito, alterū controvertentem univerſo jure Superioritatis per Sententiam non excidiſſe:) publicum Exercitium ſuæ Religionis juſte non denegabitur; vel Auguſtanæ Confesſionis Evangelicus ex poſt facto concurrens cum Reformato aut contra; Et celebrando, novo, privato, contentus eſſe cogetur.

Id dubii ſupereſt; ſi alter ex capite Amniſtiæ juxta Annum 1618, alter juxta Annum 1624 reſtituendus; *QVID IVRIS? ET AN RESTITVTVS juxta Amniſtiam, cum in poſſeſſione Anno 1624 non fuiſſet, cum altero in poſſeſſione tum relicto publicum Exercitium introducendi licentiâ gaudere poſſit?* Hæc Juris, in territorio indiviſo, quod ſupponitur, &, ex poſteriori facto communis, quæſtio eſt; *reſtituendo* patrocinante Art. V. §. 13. qui integer hic

hic eſt: Terminus autem Anni 1624 nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite Amniſtiæ, aut aliunde, reſtituendi veniunt, *Poſſeſſori*; verſiculo ult. d. §. 45. Deciſio, ut adnotat Sprenger. aliique, Statibus Imperii in Comitiis debetur. Cæterum non difficilis erit conjectatio; cum d. §. 13. de reſtitutione in Secularibus, cui reſtitutio in Eccleſiaſticis adeoque Annus 1624 nulla ratione præjudicare debet, & termino à quo in Eccleſiaſticis, ad terminum à quo in Politicis non extendendo, ſed utrisque prorſus diſtinctis rationibus dijudicandis, loquatur, Status Imperii novo illi reſtituto Condomino juxta ea, quæ prolixius illico ad Num. 49. & ſeqq. poſt alios, conſulturi erimus, vel publicum vel privatum Exercitium pro ratione formatarum hypotheſium adjudicaturos fore.

Adnectendum etiam; *QVID SI AGATVR inter duos non ſolum de poſſeſſione territorii*, ſed & *IVRIS SVPREMI TERRITORIALIS, quam NEVTER Anno 1624 habuit, recuperanda?* Subditi ſine dubio relinquendi erunt illi Cultui, qui

ipſis An. 1624 receptus, vel adhuc tum exercitus fuit. Dominorum erit, deciſionem judicis expectare, & tunc Jura ſua, juxta ea, quæ dicta ſunt, exequi.

De *POSTERIORI CASV*, nimirum, de locis, ubi Catholici & Auguſtanæ Confesſionis Status ex æquo Jure Superioritatis fruuntur, ita judicamus: Si *VNVS* tantum posſideat Anno 1624, eadem, quæ proxime conſulta, ſervanda; Si *VTRIQVE* poſſederint, ſive ſimul, ſive ſucces ſive, utrumque etiam ſuo Exercitio uſurum: Si *NEVTER*; ea, quæ non minus explicuimus, obtentura fore. Add. Gylm. *Tom. 1. Symphor. part. 1. pag. 236. num. 37.* & JCti Dillingenſes *cap. 6. quæſt. 38.*

In Comitiis Ratisbonenſibus Judicio Imperii ſubmiſſa, quæ per Dictaturam communicata ſunt, ſequentia: Wann zweyerley Ständ / deren einer der Catholiſchen Religion / der ander aber der andern Confesſion zugewandt / eine gemeine Herrſchafft mit aller hoher und nidrigen Obrigkeit zugleich in Beſitzung haben / ob dem

dem jenigen / welcher einer andern Religion / als die Innwohner deß Orths gemeiniglich zugethan iſt / ſeiner Religion offentliche Ubung in derſelben Kirchen zu gebrauchen / und darbey auch die jenigen Underthanen zuzulaſſen / welche ſeiner Religion ſchon zuvor geweſen / oder erſt neuer Ding darzu tretten / **ungeachtet dergleichen Religions-Ubung in ſelbigen Kirchen An. 1624 nicht im Brauch geweſen wäre**: Judex ex placito litigantium, ſaltem reorum, eo ſua dubia ſolite, invitis plerumque actoribus, deferentium, Imperium erit. Prætendenti, ſi præter licentiam inſtituendi Cultus ſui Divini in loco, ut ita dicam, *non occupato*, etiam admiſſionem in templa Anno 1624. jam occupata exercendæ Religioni ab Imperatore & Statibus impetraverit, gratulandum erit: nihil enim in Legis verbis, nihil in inde derivatis rationibus ſubſidii ſperare poterit; adverſi autem multum ex claro textu *§. hoc tamen non obſtante, 31.* ibi: *ſubditi cujuſcunque generis, &c. maneant in poſſeſſione omnium dicto tem-*

tempore in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum, fundationum, &c. & §. 32. ibi: *quocunque modo deſtituti ſine ulla exceptione in eum, quo Anno 1624 fuerunt, ſtatum plenarie reſtituantur, &c.* colligendum: Quæ legis evidentia etiam tanti viſa, ut Illuſtriſſ. Senatus in caſibus non adeo diſſimilibus, (agebatur enim non inter Condominos, ſed ſupremum territorii Dominum contra Subditos conexercitium Religionis ſuæ, in templo, ipſi quidem ſine exceptione ſubjecto, Anno vero Vigeſimo quarto uni ſoli dicato & uſurpato, urgentem:) non ita pridem duabus vicibus Mandata de non contraveniendo Inſtrumento Pacis &c. S. C. adverſus attentatores decreverit. *Abſurdum* autem, ſupremo *& unico* territorii ſuperiori non, niſi violata lege publica, licere Conexercitium contra obſervantiam Anni XXIV in *ſuis terris*, & in his ſitis templis; *Subditis* ſuis, propriis, invitis introducere; ſi id factum, à judice quicquid adverſus legem patratum ſubmoveri: Poſſe vero id fieri, vel ſperari licere domino certi diſtrictus quidem, ſed

non

non ſoli; in loco ipſi, ſed & *alii pro indiviſo ſubjecto*; in templo, ubi Exercitium Religionis *jam* à Condomino; aut ſaltem ſubditis, *occupatum* eſt; non vacuo; & quod magis, exiſtente legitimo contradictore. (Vid. *l. Sabinus. 28. D. commun divid.*)

Num. XXXXVIII.

Jura jus Reformandi non tribuentia, quæ? ad §. 44.

QUandoquidem in Num. 36. immota Juris ratio jusſit; Jus Reformandi ſoli ſupremæ Territorialis regiæ poteſtatis ſecularis Domino deberi; partes aliquas aliorum in Territoriis habitorum debitorumve jurium, quamvis aliquantiſper in ſecularibus eminentium, aut in Eccleſiaſticis dirigentium vel cooperantium, nihil eò conferre; conſequitur veteres Juris Interpretes recte quosdam ab inſtituenda Reformatione repuliſſe; æquisſime noſtram legem eas Opiniones & ſententias ſuo aſſenſu firmaſſe. Primum autem, inter Jura jus Reformandi non

non tribuentia eſſe jubetur: *IURISDICTIO CRIMINALIS* (de qua neceſſarias informationes miniſtraverunt; Chr. Beſoldus *in Conſilio Manuſcr.* quod hodie habetur in Ejus *p. 6. Conſil. Tubing. 297. quæſt. 2. n. 40.* Bidenbach. *quæſt. nob. 35.* Syring. *de P. R. th. 44. a.* Burgold. *ad I. P. part 2. diſc. 16. pag. 139.*) Centgericht (de quo poſt Wehner. *Obſ. Pract. Verb.* Centgericht. Beſold. *d. Conſ. quæſt. 3. n. 45.*) itidemque *IUS GLADII* (ex Gylm. *tom. 1. Symph. p. 1. t. 3. pag. 258. n. 3.*) & *RETENTIONIS* (de quo Jura in confeſſo:) *IUS PATRONATUS*; (quatenus id valiturum ſit ad adipiſcendum Jus reformandi ex Theoria Pacis Religioſæ, & Imperii obſervantia ſplendido Conſilio deduxit Vitus Breitſchwerd, in Conſil. *de Iure immediatæ Nobilitatis circa Exercitium Religionis*; quod hanc propter rationē, cum typis publico nondum creditū inveniretur, huic Conſultationi ſubjectum: Syring. *de P. R. th. 44. c.* Cubach. *de P. R. c. 8. n. 11.* Gylmann. *tom. 1. Symph. p. 1. t. 3. n. 36. pag. 263.* Beſold. *de Iurisd. Imp. Rom. cap. 8. n. 52. & in cit. Conſ. 297. quæſt. 1. n. 25.* omnes pro ſimplici nega-

tivæ

tiva teſtati; quibus add. Gylm. *d. l. pag. 258 n. 1.*) De *FILIALITATE* videndi ICti Dilling. *cap. 9. quæſt. 63.* & ſæpius laudatus Beſold. *d. l. quæſt. 5. n. 53.* Hæc itaque Jura omnia, (quibus ſociandum *IVS PROTECTIONIS, ADVOCATIÆ*, cum ſimilibus Beſold. *d. l. Conſ. 299.* Mager. *de Adv. arm. c. 8. n. 338.*) neque conjunctim, neque diviſim; ob deficientem ſuperioritatis territorialis characteriſticam eminentiam; tam in ſingulis, quam univerſis; tam ſociis; quam ſeparatis; jus Reformandi tribuere poſſunt. IC. Dilling. *Compoſ. Pac. cap. 6. quæſt. 32. n. 13.*

Num. XLIX. L. LI. LII.

Ad Art. VII. de Juribus Proteſtantium inter ſe: Proteſtantium ad Catholicam fidem, & contra euntium: Domini & ſubditorum unius Religionis in reſpectu ad tertium: Poteſtate Principum denique præ

ea,

ea, quæ eſt liberarum Rerum-publicarum circa introductionem Exercitij Religionis, &c.

HUcuſque de Juribus Auguſtanæ Confeſſioni addictorum Evangelicorum & Reformatorum juxta Catholicorum poſtulata ſtabiliendis : jam *DE IVRIBVS AVGVSTANAM CONFESSIONEM VEL INVARIATAM*, ut adpellatur, *EVANGELICAM*, *QVAM* variatam, ut dicunt, *REFORMATAM* ſequentium *INTER SE*: de quibus in Art, VII. §. 1. & 2. *Senſus legis* hic eſt : Alterutra parte alterius Religionem profeſſa in proprio territorio jam poſſeſſo, acquiſitisve de novo ditionibus, reformatio penitus ceſſet ; Domino tamen liberum ſit, ſuæ Religionis Exercitium in ſua Reſidentia habere, ſine onere tamen, & Subditorum præjudicio ; Si communitas eandem fidem amplexa fuerit, ſuis ſumptibus Exercitium à Domino impetret. &c. Unde ſpeciatim colligere licet, Evangelico ad Reformatam Religionem & Reformato ad Evangeli-

gelicam tranſeunti; liberum non eſſe ſuæ Religionis publicum Exercitium inducere; ſed tantum in ſua Reſidentia pro ſe domeſticisque, & quidem, ut ſupra N. 40. definitum, ſolum privatum ejus Exercitium (quod tamen laxius neceſſario, ſi non in Praxin peccare quis velit, interpretari debemus:) habere poſſe. Sane hic locus eſt, in quo moneretur A. de inſigni, quem in Num. 52. admiſit, errore; dum ait: *QVID DICENDVM, ſi Status CONFESSIONIS PROTESTANTIVM AD CATHOLICAM; aut ECONTRA; CATHOLICVS ad illorum Religionem tranſierit; vel territorium, ubi diverſa Religio viget, nactus fuerit?* Resp. *in tribus proxime præcedentibus numeris tradita in illis obtinere, & neutro caſu ſubditos ad mutationem Religionis compelli poſſe, quia circa hos duos caſus nihil expreſſe diſpoſitum reperitur.* Quæ verba intelligenda ſunt; vel de *compulſione ſubditorum ad mutandam Religionem*; vel de *poteſtate Domini territorii in Caſu mutatæ à ſe fidei.* *Prius* voluiſſe non videtur; quia lex irrefragabilis loquitur, ſaltem ita juxta verba initialia loqui videtur; Sub-

ditos juxta Annum 1624 ſuæ fidei relinquendos, eosque ſine omni diſtinctione; Jus hîc Domini ulterius nullum eſſe. Sed *NVLLANE HVIC Circa Emigrationem poteſtas? eam, vel imperandam, vel omittendam?* En legem §. 1. verſ. primi: ibi: *SALVA CVIVSQVE LIBERTATE, &c.* Et Imperii uſitatisſimam Praxin; Ergo viſum de poſteriori: Ubi ſane excuſari vix poterit, qui omnem inter tres Religiones differentiam; itemque concordiam; fines utriusque Pacificationis inter Proteſtantes inter ſe ſancitos; & Proteſtantes ab una; & Catholicos ab altera; partibus, omnino diverſos negaverit, penes ſe conſtituturus: Catholico Statui ad Auguſtanam Confesſionem; vel contra; pervenienti, ſolum privatum Exercitium, (hoc enim in dd. trib. num. deſcriptum:) in provincias introducere licere; quod & Legibus priſcæ Pacis Religionis, & totius Germaniæ obſervantiæ reſiſtit. Scilicet, id pro regula obſervandum: Aut *agi inter Proteſtantes inter ſe ſolos*; aut *inter Proteſtantes cum Catholicis, & Catholicos cum Proteſtantibus: Illos* inter ſe

ſe jam memorato Jure uſuros; ut nimirum tranſiens à Confesſione Proteſtantium una, ad alteram; vel ditiones alterius acquirens, non publicum, ſed ſolum privatum fidei ſuæ Religionisque cultum inſtituere posſit. *Catholicum* vero ad alterutram Proteſtantium fidem ſecedentem; vel alterutrum ex hiſce ad Catholicorum ſacra abeuntem, in territorio etiam alîus Religionis; quod vel ab initio habuit, vel ex alio juſto facto acquiſivit, non modò privatum, quod pribres ſe inter conſtituerant, ſed etiam publicum Exercitium introducere poſſe: modo alterius Religionis aſſeclas vi factove non turbet, vel fundationes, templa, reditus &c. alteri de jure competentes, & juxta Inſtrum. Pacis debito ſignatoque tempore poſſeſſos, communes fieri debere, bona eripere, inquietare posſeſſores, poſſesſionem auferre, prætextu ſibi competentis publici exercitii, facto, ut dictum, contendat. Liberum tamen ei relictum, templa devaſtata, ſibi, non civibus ſuis, ſubjecta debitave reædificare, & illorum reditus ad ſe devo-

lutos publico cultui attribuere; hæcque omnia, quocunque ea in ejus loco fuerint; aut quocunque tempore, & qua ratione fieri, placuerit. Quæ adſertio & primæ illi Paci Auguſtanæ; & Monaſterienſibus placitis convenit, nec equidem; niſi ab Auth. hoc loco in quæſtionem litemve vocata. Ill. Dn. Schuz *Man. Pacif. quæſt. 9. pag. 15* Eaque ita in conſiderationem; in cauſa der Evangeliſchen Gemeinde zu Grünſtadt contra Leiningen Weſterburg *Mandati de non contraveniendo Inſtr. Pacis S. C.* ante aliquot annos veniſſe, præter facti notorietatem, Acta etiam Cameralia loquuntur. *Rationem diſcriminis* Inſtr. Pac. *Art. VII.* textus non ſilet; dum propiorem *inter PROTESTANTES* concordiam eſſe, unanimitatem ex propinquo ſperandam, indicat: (conſilia promovendo operi; poſt alios diverſos, admovente Philippo Schnabelio, *in tractatu de ſarcienda concordia, & leniendo in Eccleſiis Reformatis gravi disſidiorum Scandalo, Anno 1633 emiſſo.* triſtes vero rerum eventus conſignante Burgold. *ad. d. Art. VII. I. P.*) Cum CA-

THO-

THOLICIS vero tardius negotium, tracta-tu durius, eventu triſtius futurum, quis veterum noſtrorumque, non metuiſſe viſus? Et, niſi Deus ex alto benedicat, ab hominibus vix ſperandam, minus impetrandam conſiliorum conſummationem, veteris ſeculi & præſentis Status cum lamentis docuit: Futuri, nepotes, ſi qui erunt, docturus erit, non inter majora gaudia Rerum ſucceſſus oppertu-tos. Siquidem, *ſi quis extremorum Antipathiam affectuumque & opinionum contrarietatem animo reputat, eadem prope ſpe Polorum cœleſtium unionem expectare poterit.* Th. Brouneus *Relig. Med. part. 1. Sect. 4.* Sed de his Providebit Deus! Differentiæ autem ratio id ſatis urget; *INTER PROTESTANTES* inter ſe concordiam civilem, unanimitatem regiminum, ſcopum in Republica, non diverſum, non diſcordem, præſumendum, niſi quid in Art. VII, qui tamen non adeo prolixi ſenſus & materiei eſt, expreſſe, differentiæ conſtitutum: Articulum Quintum, qui de Pace Civili *INTER PROTESTANTES ET CATHOLICOS* facta diſſerit, le-

gis principia, partium poſtulata, ſecutas conventiones, omnia, ſuis ſpecialibus limitibus arctisſime continenda; ad Proteſtantes pacem inter ſe pangentes nulla, extra legem, ratione extendenda. Jamque de his ſatis.

Ne autem quicquam omittamus, ſuccurrit ratione materiæ de Introductione *nova* (ita vocamus eam, quæ ibi locorum non exercita:) *Religionis* in ditiones cuique ſubjectas à ſupremo territorii Domino adfectata vel adfectanda, caſus non omittendus: Cum usque huc de Juribus Dominorum & Subditorum diverſarum Religionum actum; Quid juris *DE IVRIBVS DOMINI ET SVBDITORVM VNIVS RELIGIONIS IN RESPECTV AD TERTIVM?* Sive, an *Dominus Auguſtanæ Confeſſionis* in ſuam ejusdem fidei ditionem *Exercitium Religionis Catholicæ* publicum introducere posſit? Itemque, an *Catholicus* in ſuam Catholicam *Auguſtanæ Confeſſionis* publicum Exercitium? Alter etiam Auguſtanæ Confesſionis *Evangelicus Reformatam*; vel Reformatus alterius fidei publicam doctrinam in unius fidei loco

per-

permittere queat? Si in *primo ultimoque* caſu illi, qui Aug. Confeſſ. ſunt, ſubditi; in *altero* Catholici, *conſentiant*, nihil in lite eſt; nunquam enim leges voluntaria cohabitatione, nunquam via ad civilem confidentiorem converſationem paranda ſternendaque interdixere. *QVID SI DISSENTIANT?* Mutationem Status Religionis, qualis is ad ea tempora fuit, fieri: Adſuefieri ſuos ſenſim alienæ fidei, tandem & ipſos aut liberos deſcituros; Ex mutuis Commerciis, cohabitationibus, matrimoniorum illigationibus, timenda pericula, lites, divini denique & humani juris diſpendia, *prætexentes.* Nihil acturos, *creditum.* Hiſce prætextibus omnibus *Ius ſupremum territoriale* potentius eſt: In Magiſtratus arbitrio quas & quot Religiones (lege publica Imperii licitas:) in ſuo territorio ipſe ferre velit, collocatum: Quamdiu prior Religio ſe turbatam, vel jura ſua, aut aliquid ſibi eo nomine ademptum, probare non poteſt, nihil contra Dominum juſte prætendit. Atque ita Status Imperii Superiores non interrupta ſerie poteſtates ſuas exercue-

re, nemine, niſi temere, contradicente: Ita etiam Illuſtriſſ. *CAMERÆ* Senatus, cum ad litteras pro Informatione, ad inſtantiam ſubditorum, contra introductionem Exercitii Religionis tertiæ conquerentium, decretas, Sereniſſima Domina Rea, Subditos ſuos ſuæ Religionis per hanc permisſionem & introductionem in minimis non gravatos, neque in poſterum in perſona, bonis, cultuque unquam gravatum iri; omnem turbationem abfuiſſe, abfuturam, reſpondiſſet, huic oblationi acquieſcens, Proceſſus petitos denegavit: Et hæc equidem extra controverſiam *PRINCIPIBUS STATIBUSQUE EMINENTIORIBUS* à quibuscunque movendam jure meritoque ſubſiſtant: Sed, *AN HÆC poteſtas LIBERIS GERMANIÆ REBUSPUBLICIS ſimiliter adſerenda? AN ET ILLIS vi ſuperioritatis territorialis*, ipſis cum reliquis Statibus Imperii Superioribus in Art. V. §. libera. 29. liquidiſſime aſſertæ, *eadem libertas aliam præter ſuam civiumque Religionem*, ejusque exercitium introducendi & permittendi competeret? Domini Catholici in dictato

Mo-

Monaſterii 12. Nov. 1646 ibi: Wo bißher allein die Catholiſche Religion in ein und anderer Reichs-Stadt in Ubung geweſen / und noch iſt / auch keiner andern Religion weder publicum, noch privatum exercitium verſtattet worden / ſoll es billich noch fürter darbey verbleiben / und dahero / was wegen Wiedereinführung deß Augſpurgiſchen Confesſions-Exercitii in der Stadt Aachen angeſucht worden / allerdings außgeſtellt ſeyn / und die von weiland Käyſer Rudolpho II. derenthalben Anno 1593. ergangene Urthel in ihren Kräfften gelaſſen werden. Add. Catalog. Diſcrepant. *Art. XI. n. 4. & 5.* dubium excitatunt, *AN HÆC RESOLUTIO* (ſi non de jure mutandæ antea receptæ, & ab ipſis cultæ, fidei propriæ, ſed juxta memoratam facti ſpeciem intelligatur:) differentiam inter Civitates & Status eminentiores urgens expreſſe ab altera parte rejecta? in illiquido. *AN CIVES SOLI*, & qua tales citra permisſionem Superiorum tertiam publicam profesſionem inducere posſint? protinus negandum: Lampad. *de Rep. Rom. Germ. p. 3. c. 11. §. 8.*

IPSI autem *MAGISTRATVI* hanc poteſtatem lege non ademptam, producta juribus ſuperioritatis adverſante diverſitate, abrogari poſſe, ſecundum ea, quæ proponuntur, non videmus. Vid. *d.* §. *29.* Ibi: *tam ratione Iuris reformandi, QVAM ALIORVM CASVVM RELIGIONEM CONCERNENTIVM in territoriis ſuis reſpectu ſubditorum, &c. IDEM cum reliquis Statibus Imp. ſuperioribus jus habeant, adeoque de iſtis generaliter diſpoſita atque conventa de his quoque dicta & intellecta ſunt, &c.* Sed, *CONSILIONE CIVIVM, horumque adſumpta in conſenſum authoritate Magiſtratui opus?* ſimpliciterne affirmabimus, advocato in auxilium argum. textus in d. §. 29. ibi: *nullum aliud à MAGISTRATV ET CIVIBVS*, juxta *MOREM ET STATVTA CVIVSQVE LOCI*, &c? *AVT* morem & Statuta, de quibus Pacificatores, inſpiciemus? Ita; ſi adſunt: Quid, ſi deſunt? hic enim caſus. *AN VERO* circumſpiciemus; Utrum Status Civitatis ſit *popularis*, ita ut ſuperioritatem teneat populus, Senatu, Magiſtratuum tantum honore prædito; *AN*

VERO

VERO *Ariſtocraticus*, ubi Optimates, quos jam promiſcue Magiſtratus dicunt, imperant? Ut *in hoc*, ſubditi ſicut jurium gerendæ Reipublicæ, ita nec Religionis conſtituendæ compotes ad patientiam, non potentiam, ablegentur. *In illo* definitio Religionis totius populi ſit: Quo autem quæque civitas Reipublicæ ſtatu utatur, ipſas viſuras, quorum intereſt, Ita Lampad. *d. l. §.* 14. *AN DENIQVE* in Democraticis Rebuspublicis, ſicut & cæteris de plano tranſeundum excluſo populo & plebe omni? N. L. de hoc autem; cum ante triennium in Republica Democratica ſimplici & mera, in publicæ ſalutis extremis periculis, de aliquo ejusdem ſuperioritatis puncto controverteretur, & ex his aliisque fundaminibus de poteſtate pro communi ſalute vigilandi, ratione arreſtationis certæ perſonæ, inter Senatum & Populum litigaretur, Patronum cauſæ 25. Maji 1671. voto pro Populo ferme excidiſſe: Jus poſtmodum utrique, ad interim, à Commiſſariis Cæſareis ademptum: Litem aliis mediis compoſitam.

Num

NUM. LIII.

De non compellendis ad aliam fidem ſubditis; nec alienos ſubditos contra Magiſtratus eorum protegendis.

IN Quæſtione: *AN LICEAT, ET QVA RATIONE, ſubditos ad Religionem alienam* (Domini:) *adigere, vel*, ut loqui invaluit, *COMPELLERE INTRARE?* multa ad uſum ſuum notaverunt Dillingenſ. *Compoſ. Pac. cap. 6. quæſt. 32.* Plura, in honorem legis poſterioribus temporibus ſcriptæ, & pro tranquillo publicæ Rei ſtatu, inſignis Scriptor Cathol. *de Offic. Miſſ. & Sacrif. N. T. Anno 1634 Francofurti vulgatus, pag. 55.* adverſus Baronium dixit: Daß das groſſe Nachtmahl / worzu von dem Haußvatter viel beruffen geweſen / die moderirte Gewalt / die außgeſandte Knecht wohl zu erkennen / auch daß deß Haußvatters Befehl nicht auff das Todtſchlagen / Verfolgen / und Schmähen / ſondern die Erfüllung ſeines Hauſes gegangen / umb deßwillen dem Knecht befohlen

len worden / nicht die groſſen Leuthe / ꝛc. ſondern die Arme / ꝛc. hinein zu nöthigen / auff daß das Hauß voll / nicht aber die Armen ſollen todtgeſchmiſſen / geplündert / abgebrandt / oder von ihrer Bettlers Seſſion verjaget werden. Et in ſeqq. Iſt es alſo anjetzo bey dem allein zu laſſen / daß das Schmähen / in dem man männiglich / ſo es Gewiſſens halben mit dem einen und andern nicht halten kan / für Ketzer außſchreyet / beydes ohne Erkandtnuß der Sachen / und ſeiner ſelbſten / andere darfür urtheilet / ſie darüber verfolget / mancher zum Abfall und Verläugnung entweders genöthigt / oder ſchleichend überredet / oder auch unter allerley Prætext und Schein Rechtens umb das Seinige gebracht / von Land und Leuth verjagt / etliche wohl gar getödtet worden / & ſeqq. Quæ Emphatica Monita pro deprecando declinandoque partium rigore æquisſima adnotatione adjecta.

DE NON SVSCIPIENDA DEFENSIONE *vel Protectione Subditorum contra Magiſtratus* in Inſtrum. Pac. *Art. V. §. quantum deinde.* 36, interdicta; quæ olim diſputata, ſingulariter

lariter collegit; ſummæ eruditionis & lectionis ſcriptor Mart. Mager. *de Advoc. Arm. cap. 8. n. 329.* Beſold. *lib. 2. Polit. c. 6. n. 14.* Friderus *de Mand. c. 14.* Ruland. *de Commiſſ. p. 4. lib. 2. c. 3. n. 12.* Thom. Michaël *de Jurisd. concl. 138.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 99.* Syring. *de P. R. th. 44.* quo priſcam Juris & facti diſceptationem; ut & ſenſum adjectæ *limitationis*, vi cujus, Jura ſe in protectionem alterius dandi ab antiquo aliquibus competentia, ſalva iis eſſe juſta ſunt, remittendum volumus.

NUM. LV.

Ad §. 35. Officia trium Religionum inter ſe in Converſatione civili.

NVLLAM RELIGIONEM VLLIBI DESPICATVI HABENDAM; mandat Lex Art. V. §. *ſive autem.* 35. Imo vero, *interventum eſt*, Catholicos ipſo Jure Communi tutos eſſe, ſupervacaneum atque inutile ſpeciali aliquo favore, ſeu dato privilegio, cavere de eo, de quo jam

in Tit. Cod. de ſumm. Trinit. & Fide Catholica; Conſtitutionibus item Caroli V. & Maximiliani II. aliorumque Cæſarum, publicis etiam legibus decretum: Evangelicis contra contemptum providendum fuiſſe. Ita fere JC. Dilling. *c. 6. Compoſ. Pac. quæſt. 49. n. 177.* Sed; quia compertum eſt, neutram partem ubivis Germanicarum terrarum ſuperiorem ſuis adverſariis; ſibique defendendæ parem eſſe; Jus in omnes omnium ab alterutra parte ſæpe virulenter retortum; ſimplicitas illa Pacificatoribus, partibus adverſus ſe ſolide muniendis inſufficiens; cum omnes Characterem Catholicæ fidei ſalva ſua conſcientia exuere nec vellent, nec poſſent; captioſa viſa eſt; neque duplex & firmior cautio nocere credita.

OPIFICVM quoque *TRIBVVM QVI COMMVNIONEM* largita eſt. *AN VT DE OPIFICIIS & arte inſtituantur?* Ita: *AN VERO, ut ubique in Civium numerum cooptentur? ad Officia honoraria Tribuum promoveantur?* Non ſane: ſed ſalva hic Statibus Imperii obſervantia, ſtatuta; mores; alius Religionis hominem in numerum civium

civium adoptandi rejiciendive: Eos vero, qui legitima præſcriptione, vel Anno 1624 in Civium albo deſcripti cum filiis poſteriſque retinendi neceſſitas Reipublicæ incumbit *d.* §.*35*; ibi: *pari cum concivibus jure habeantur*, *æquali juſtitia & protectione tuti.* Juncto §. *29.* ibi: *& Civibus Catholicis pro tempore ibi exiſtentibus tam active quam paſſive omnino relinquendis*, *&c.* *QVID SI DE STATVTO vel Moribus nihil doceri poſſet? AN OBLIGANDVS Magiſtratus ad hominem illum vi hujus* §, *recipiendum?* In foro & judicio contradictorio videndum. De HEREDITATIBVS vid. Ill. Dn. Aſſ. Mauritius *vol. 2. conſ. Chilon. 1. n. 81*, de LEGATIS, Syring. *de P. R. th. 45. b.* de COEMITERIIS ET HONORE SEPVLTVRÆ; *non denegando*, Burgold. *ad I. P. p. 2. diſc. 15.* §. 4. ita; qui recipiendæ animæ cœlum præcludunt; tegendis mortalitatis exuviis; ſervandæque in æternitatem genitæ ſpei; terram; vi Legis noſtræ; negare non poſſunt; nunquam Proteſtantes Catholicis, nunquam Catholici Proteſtantibus honeſtam ſepulturam interdicant: *Sana enim Auguſtanæ Confeſſionis doctrina*;

(verba

(verba ſunt Aſſeſſoris D. M. apud Gylm. *tom. 1. p. 1. t. 3. pag. 173. col. 2. in med.*) *ejusque profeſſio, nec defectio eſt, nec morbus, nec delictum, adeoque nec mulcta, nec carcere, nec exilio, nec honeſtæ ſepulturæ privatione, nec Proceſſu Fiſcali criminali; nec appellationis, aut coram Magiſtratu ſuperiore defenſionis præcluſione, aut alio ſimili violento remedio digna eſt, aut opus habet.*

NUM. LV.

Ad §. 50. Negotiorum ad convellendum Inſtr. Pacis tendentium prohibitio: in concionando moderatio laudata: Dubia removenda; quid de iis Conſultationi liceat? quis eorum Judex.

NEGOTIA circa Inſtrumenti Pacis *eluſionem* vel *everſionem* occurrentia duûm ſunt generum: *Quædam* Paci initæ, ejus diſpoſitionibus, virtutibus & voluntati, vel ipſam legem, vel ejus fines ſubvertendo, prorſus contranituntur; qui-

bus interdictum eſſe, nemo dubitat. *Quædam* Religionem, ejus veritatem, ſveritatis defenſionem doctrinamque non fucatam, rotundam, id eſt, ſine æquivocatione profeſſura, in ſe reſpiciunt: Hæc ſibi abrogata, negant Catholici; nec magis affirmant Proteſtantes. *Medÿ* generis ſunt, quæ per indirectum in eam graſſantur. *Concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, Religioni datam pacem impugnare, vel dubiam facere ſevere prohibitum.* In defendenda pro concione fide uſurpant Catholici ſuas invectivas adverſus Proteſtantes, ſicut juſtitiam facti defendunt Compoſitores Pacis Dilling. *cap.6. quæſt.49. n.177. & 178.* & Caſp. Scioppius, *in cruento belli ſacri claſſico.* Hi non minores, non mitiores, contra illos: vid. Burgold. *addit. ad p. 2. diſc. 17. pag. 60.* add. Apolog. Aug. Confeſſ. *cap. 86. pag. 652.* Qui moderatiores ſunt, neutrum probant, nec, uti in Concivibus fiducia eſt, in conſcientia privata bono publico, quod ſine concordia civili nullum, conducens eſſe, quisquis ille ſit, deprehendere poterit; ſuo judicio convictus, in

illis

illis vocabulis, vel aliis humanæ ambitionis, pertinaciæ, deſperatique ſectæ ſuæ ſtudii iracundis declamationibus & hoſtilibus alterius partis ex ſuggeſto traductionibus, nunquam inventum iri viam, quæ potiſſimum jacta, vel, ut ita ſterneretur, à Chriſto probata eſſet, qua Judæi, poſt & Gentiles, Europa, nunc Chriſtiani litigantes, in promiſſas regni Cœlorum ſedes ducerentur. Videnda in hanc rem illuſtria & magnæ in Deum Patriamq; ſuã pietatis meditamenta Forſtneriana, *in Epiſtola ad Sereniſſ. Auguſtum, Ducem Brunſuic. pag. 183. & 190.* E. F. von Herden Grundfeſt. *p. 3. c. 9.* §. Es iſt bald darauff. *pag. 323. 324. 325. & 326.* Thom. Brouneus *in Relig. Med. p. 1. ſect. 3. 4. 5. cum addit.* Molckian. Hæc autem Conſultatio omnino non dubitat, legem plus ſenſiſſe, quam dixiſſe; mutua quoque convitia abroganda ab illa intellecta; bruta fulmina illi quoque damnata, Capit. Leopold. *art. 2. poſt med.* Sunt enim *INIVSTA*, quia contra expreſſas leges evibrantur: En illas, in R. J. Aug. 1530. §. Wir haben uns. 55! Ibi: Daß ſie (die Prediger) in

ihren Predigen vermeyden und unterlaſſen ſollen / was zu Bewegung deß gemeinen Manns wider die Obrigkeit / oder die Chriſten-Menſchen in Irrung führen / oder gegeneinander verhetzen / dienen möcht / ꝛc. & paulo poſt: Nicht / wie jetzund der neuen Lehrer Gebrauch / nach eines eigen Willen / Nutzen / Neid / Hoffart / oder zu Verführung der unverſtändigen gemeinen Leyen / gepredigt werde / ꝛc. denique: was diſputirliche Sachen / ſich daſſelbig zu predigen und zu lehren / darzu ſtumpfierens / ſchmähens und läſterens enthalten / ꝛc. *INANIA*; finem enim ſibi propoſitum raro vel nunquam aſſequuntur, magis etiam per illa Chriſtiana Dei Eccleſia deſtruitur, quam exædificatur; diſcerpitur, quam unitur; hæc omnia non convertunt, ſed evertunt: *Fieri* equidem *poteſt*, inquit Relig. Med. *ut ſatyræ iſtæ invectivaque ex ſuggeſto orationes apud vulgus aliquid valeant, cujus aures ad Rhetoricam arrectiores ſunt, quam Logicam; at quibus gravius eſt & ſanius judicium, qui norunt cauſam juſtam temperata diſputatione defendi poſſe, nec ſtomachi patrocinio indigere; his fidem neutiquam confirmare ſolent.* D A-

MNO-

MNOSA ; ut dictum ; & *in meliore mundi parte* (Benj. Priolus *lib. XII. Hiſtor. Gall. pag.* 505.) *quas faces non accendit prurigo de Religione diſſerendi* ! *cauſam his dat, & dedit, & dabit humana lèvitas, cujus nullum certius argumentum, quam litigare de rebus ſacris* ; *Animi morbus eſt de Deo ſuperflue quærere* : *Sed quid agamus* ; *malunt* (aliqui) *Theologi diſputare, quam vivere.* *EXTINGVENDA.* Sed, *quanquam alij alios ferre legibus publicis jubeantur*, (ita Forſtnerus :) *tamen nulla unquam ſanctione iſta diſſidentium acerbitas*, *& inde nata odia, ſopiri potuerunt.* Hinc mala publica ! privatorum calamitates, ruina omnium tam præterita, quam metuenda ! & Illuſtriſſ. Senatus cum ſuperioris ſeculi Anno LXXVI. contra Concionatores claſsicum contra Superiorem cientes Mandatum de non offendendo peteretur, ſalvandæ publicæ ſalutis gratia, ſi modo in ſpecie narratum fuiſſet, injurias in Concionibus effuſas cauſari poſſe publicæ pacis violationem, vel ſeditioſa verba contra Conſtitutionem Religionis evomita, petito in cauſa Hildesheim contra Hildesheimi detuliſſet ; ſatius

enim eſſe in tempore occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere. Quia vero de his doceri non poterat, vanas declamationes meritisſime ſprevit. Atqui, objectum, Concionatoribus præſcribi non poſſe rationem concionandi: Scil. Gylmann. *tom. 2. Symph. part. 1. vot. 11. & ſupr. pag. 169. de Poteſt. Princ. cir. fid. ſubd. adverſa.*

CONSVLENDO etiam interdictum? Ita; contra Pacem, non pro Pace. Capit. Leopold. *art. 2.* De *DVBIIS* Inſtrumento Pacis non movendis, ſuperius quædam tacta; recte prohibet id attentati Pacificatio; ſi ad involvendos, non evolvendo ejus ſenſus commiſſum; *SI* finis honeſtus: Adminiſtratio juſtitiæ impartialis; Vindiciæ pro perſpicuitate legis; oppreſſio eorum, qui hiſce prætextibus legis dubiæ, fortunas concivis aut ſubditi everſuri ſunt; nihil ſceleris commiſſum dici poterit; quippe non videtur, omnem modeſtum de Pace Religionis ſenſum, & hinc editam publicam commentationem prohiberi; privato etiam licere id explicare, quod ignobile vulgus latet (Lam-

pad.

pad. *de R. R. G. p. 3. c. 11. n. 13.*) propoſita dubia, ſalvo jure ſuperioris removere; de nondum compoſitis ita differere, ne Imperio Judicive malitioſe vel ambitioſe præjudicetur; ſuum in illis ingenium præconſultando exercere; in omnibus ita verſari, ut quisque Deo & Superiori juſtas reddere ſe poſſe rationes, confidit. *SI QVID DVBII hinc aut aliunde incidit,* (pergit Lex:) *aut ex cauſis Pacem Religioſam aut hanc tranſactionem tangentibus reſultat, de eo in Comitiis, vel aliis Imperii Conventibus inter VTRIVSQVE RELIGIONIS PROCERES, non niſi amicabili ratione tranſigatur.* Unde Evangelici in Monitis particularibus ad Capitul. Cæſareæ art. 2. ita notaverunt: Daß der zukünfftige Römiſche Käyſer ſich der Interpretation der Reichsſatzungẽ/ und inſonderheit deß Inſtrumenti Pacis allein nicht anzumaſſen/ ſondern daſern ſich ein dubius intellectus ereignen ſolte/ mit geſambter Ständ deß Reichs Vorwiſſen/ Rath und Vergleichung auff offentlichen Reichstägen damit zu verfahren/ zuvorher aber darinn nichts zu verfügen/ noch ergehen zu laſſen. Ea, ut conjectatur,

ratione, ne legislatoria poteſtas, Cæſari cum Statibus ſimul competens, ad unum revocaretur; præiudiciumve per interpretationem legislatoriam (quam intelligere videntur:) Imperio tertiove fiat; de quibus Scipio Aretinus.

Num. LVI.

De Juribus Ordinis Equeſtris immediati: remiſſ. An ille Ordo ſit Status Imperii? obiter disquiſitum.

De Ordine Equeſtri libero S. R. Imperio immediate ſubjecto, ejusque Juribus ratione Pacis Religioſæ, ex profeſſo & plenarie agunt Vit. Breitſchwerd *in ſupr. cit. Conſil.* Beſold. *cit. Conſ. 298.* Syring. *de P. R. th. 39. c.* Bidenbach. *Quæſt. nob. 4. §. ibi cit.* his addenda, quæ notabilia ſuggerit Lerch à Dürmſtein *in Ord. Equeſt. Nob. Caſ. 2.* Grundſatz. *n. 149.* & denique J. P. *Art. V. §. 28.* In quo advertimus: (*1.*) generoſisſimum Ordinem Liberis Imperii Rebuspublicis antepoſitum. (2.) Non minus hic, quam alibi, retinendam diffe-

differentiam inter, eſſe *IN*, & eſſe *DE* territorio; Juribus circa Religionem hic non exercendis; ibi vero ſalvis reſervatis. (3.) Agitatam quoque litem de verbis: *niſi forte in quibusdam locis ratione bonorum & reſpectu territorii, vel domicilii* &c. brevi finitum iri: ſi quis dixerit: Domicilium hujusque verbi ambitum deſignare, *vel* fixionem omnium fortunarum in certo loco, cum animo eidem ſeſe ſubjiciendi; *Vel* nudam & ſolam habitationem accidentariam; Utroque caſu Jus exercendi Religionem penes nobilem in alio territorio non eſſe; tum quia prioris loci Subditus eſt; tum quia poſterioris fortuitus incola; cui hæc prætenſa Jure aperto denegantur, licet ratione Status immediatum Imperii membrum ſine controverſia conſtituat: nunquam autem largiendum, Statum Imperii lares ſuos in alterius territorio foventem ſua immedietate & privilegiis ab hac dependentibus privari, quod ſimpliciter, ſed male, adſertum à Blum. *Proc. Cam. tit. 27. n. 185. 186. ut in Vindiciis prolixius deductum.* (4) Quando in noſtra

Pacificatione Art. V. §. *Ius Diæceſanum. 48.* & §. *Viſitatio. 26.* formulâ *COMPREHENSA IMMEDIATA IMPERII NOBILITATE* &c. Imperium utitur, pejus Blum. *d. l. tit. 27. n. 45.* Ordinem Equeſtrem, quaſi ibi Statibus Imperii opponeretur, à prætenſione Juris, tituli, & Characteris Status Imperii repellere. Quandoquidem enim conſtat, membra Ordinis Equeſtris conjunctim ſimulque ſumta & quatenus ille Ordo univerſus erat, Statum Imperii conſtituiſſe, uti complures Eruditi aſſerunt: ſi minus; ſaltem quatenus ſub eo Comites Baronesque connumerati; uti gravisſime deducit Autor (qui eſt Caſpar. Lerch à Durmſtein, *ut ipſe in libro de Ord. Eq. Immed. Cæſ. pag. 138. ZZZ. profitetur:*) der Politiſchen Frag: Ob des H. Reichs Ritterſchafft ein Standt des H. Reichs ſeye? Anno 1626. Moguntiæ excuſæ. add. Beſold. *de. Ord. Eq.* §. *31.* & Gylm. *Præjud. verb. Nobilitas.* (2) Illudque prædicatum, quantum in ſe, nunquam pro derelicto habuiſſe Lerch. *d. l. fund. 2. pag. 209. iii. n. 109 & pag. 218. n. 175.* (3) Imperatorem autem & Imperium

rium lege publica expreſſa non ademiſſe; Imo (4) Conſtitutiones Imperiales de Nobilibus ita loqui, ut magis dare prædicatum, vel controverſiã evitare, quam adimere voluiſſe videantur. Loca, (5) quæ vulgo adducunt, vel enunciative loqui, vel plane non, & ne per argumentum quidem exprimere, quod volunt: ſequitur, *probandum* eſſe Ordinis adverſariis, eum eo Jure ceſſiſſe, vel decidiſſe; *Et cum* in aliis cauſis majores in Statu publico mutationes præterita noſtraque tempora invaſerint, ſalvo plerumque Jure primævo fundamentali, ejusque titulis; hanc quoque, qua Nobiles immediati Comitiorum viſitationes neglexerunt, aliamve, ſalvo Jure Status non tolerabilem fore. R. Dep. 1564. §. Wier wollen auch. 32. ibi: auch in dieſe die Gan-Erben und andere von der Ritterſchafft und dem Adel / welche unter den Crayß- und Reichs-Ständen mit begriffen ſeyn ꝛc. Eadem Latine reddiderunt Pacificatores in allegatis Inſtr. Pac. textibus: In quibus locis omnibus magis ſolemnem illam litem declinaſſe, & in effectu magis Jus

Sta-

Status illibatum ſervasſe, (qui enim quendam ſub Statibus Imperii comprehendit, nec contrarium in Legibus publicis, quales ſane in hac prætenſa deſtitutione necesſario producendæ, manifeſto profitetur, eo ipſo illum à Jure ejus antiquisſimo non excludit:) quam Ordinem non citatum, non auditum, non defenſum ex priſtino Statu ejecisſe, merito dicuntur; Et *ſi* per formalia: *Sub Statibus Imperii comprehendi*, character Status denegatus; *Si* perſona Statibus oppoſita dicenda; *ſi* non Status, denique; quo referemus Liberas Imperii Reſpublicas; nam & de illis *in ſeq.* §. *29.* dictum: *omnes atque ſingulas ſub appellatione Statuum Imperii &c. indubitate contineri.* Add. Arumæ. *de Comit. cap. 4. pag. 124.* Beſold. *Theſ. Pract. Verb.* Ritter. Authoritas multorum hic adverſariam ſententiam urget: Eam vero ſequemur, ſi ex documentis publicis: Nobiles olim Status fuisſe, *negabitur*: Fuisſe, ſed Juribus excidisſe, *adfirmabitur.* Si *neutrum*; Sententiam, usque ad Legem, vel reſtitutoriam, vel deſtitutoriam, pro Nobilibus defendendũ.

NUM.

Num. LVII. LVIII.

De Jure Civitatum Imperialium in mutanda Religione; poteſtate reſtaurandi ædes devaſtatas, Domini, & inducendi ſuæ fidei exercitium; augmentis etiam cultus religioſi admittendis, vel ſecus.

DE *LIBERIS IMPERII CIVITATIBVS*, earumque jure in immutanda Religione, ſingularem Diſcurſum Chriſt. Beſoldus ſcripſit; ex quo multa Knipſchild *de Iur. & Priv. Civit. Imp.* de ſingularitate loci in *d. Art. V. §. Liberæ; &c. 29.* ibi: *in eum Statum, in quo Calendis Ian. 1624. tam in ſacris, quàm in profanis fuerunt; &c. pleniſſime reponantur*; aliquid *ſupr. ad N. 18. & 19.* dictum. Sunt autem Civitates vel *VNIVS* Religionis, vel *MIXTÆ*, in quibus Jura Magiſtratus penes utriusque Confeſſores reſident. *DE ILLIS* agitur propriè in Quæſtione ſtatus: *AN VNIVER-*

VERSVS MAGISTRATVS ad hæc uſque tempora profeſſam fidem mutare poſſit? ET AN, SI univerſus ille mutet, illam quam adſumpſit Religionem, ut alij Status Imperij, introducere queat, ita tamen, ut prioris Religionis Cultores tolerare cogatur? Hanc libertatem Avtonomicam negat Rebuspublicis Spreng. *d. l. pag. 245. & 246.* per text. *d. §. 29.* ibi: *in quibus unica tantum Religio, &c.* & ibi: *ante omnia vero.* Partitio litis hæc eſſe poſſet: Ut diſtinguantur non confundenda: *Prius*: Liceatne Magiſtratui univerſo, ſalvo Statu & Juribus ſuis, à fide Anno 1624 agnita deſciſcere? Lex ait: *Civitates in quibus unica tantum Religio Anno 1624 in uſu fuit, tam ratione Iuris reformandi, quam aliorum caſuum Religionem concernentium, &c. IDEM CVM RELIQVIS STATIBVS IMPERII SVPERIORIBVS jus habeant*: Si IDEM; certe etiam in uſurpanda libertate conſcientiæ; & licentia agnoſcendæ fidei, quæ ipſis libuerit: niſi de expreſſa legali excluſione (quam deſideratam quidem, at probatam & receptam, non adparet) conſtet: quod vel maximè ſuccedere in Rebuspublicis *Ariſtocraticis*, ubi

ubi nullæ ſunt regiminis partes populi, nec eſſe poſſunt, putavit Lampadius: in *Democraticis* intricatiores nodos reperiri: de quibus agit *Poſterius*: *AN REQVIRATVS Conſenſus Populi? AN HIC SENATVM, an vero SENATVS HVNC ſequi debeat?* Quæ accuratisſime reſoluta in Relatione Camerali habita de cauſa Pergner & Conſ. contra Cöllen / apud Gylmann: *tom.* 1. *p.* 1. *t.* 3. *pag.* 165. Siquidem enim illud verum, vi regiminis Democratici *interna* populum omnem poteſtatem ipſo jure in Senatum tranſtuliſſe, & Senatum in Civitatibus Imperii in locum Principis elegiſſe; (ut poſt Gylm. putat Maul. *de P. R. pag.* 19. *prop. fin.*) quis pro Senatu, in dubio, non pronunciaret? ſi de *externa* poteſtate quæratur; quis non ſtatuta locorum, coitionis in Rempubl. leges, formasque regiminis altius ſcrutaretur? *Tertium* eſt, de Poteſtate introducendi novisſime receptam fidem: Verum, ſuppoſita lege Civitates Imperii cum Statibus Imperii ſuperioribus exæquante, dicta, quæ debebantur, *ad Num.* 52.

De Civitatibus VNIVS RELIGIONIS

MV-

MVNICIPALIBVS in Comitiis Auguſtæ Tiberii celebratis diſputatum, *DE POTESTATE Domini Territorij in ædibus ſacris reſtaurandis, ſi illæ non ad Civitatem, ſed eundem Dominum pertineant; reſtauratis, ſuæ Religionis Civibus pro Exercitio habendo permittendis: vel novis ædibus extruendis:* Id eſt: Ob einem Lands-Fürſten oder Lands-Herren unverwehrt ſeyn ſoll/ in einer ihme angehörigen Municipal und Land-Stadt/ für ſich ſelbſten/ ſein Hoffgeſind/ oder auch für die der Enden befindliche Catholiſche oder der andern Religion zugethane Underthanen/ ſo viel deren de facto vorhanden/ oder noch künfftig darzu kommen möchten/ die jenigen Kirchen/ Clöſter/ und Gottshäuſer/ ſo öde ſtehen und verlaſſen ſeynd/ gleichwol aber dem Burgerlichen Magiſtrat nicht/ ſondern dem Lands-Herren/ oder einer geiſtlichen Obrigkeit/ welche derſelbe in ſpiritualibus für ſeine Seelſorgerin erkennet/ zugehörig ſeynd/ zu ſeinem Gottesdienſt zu gebrauchen/ darinn denſelben auffzurichten/ und einzuführē/oder aber hierzu neue Kirchen

in

zu erbauen; Wann er ſchon im übrigen ſolcher Municipal Stadt an ihrem freyen Exercitio der andern Religion, wie ſie ſolches Anno 1624 inngehabt und geübet haben / keinen Eintrag thut / noch zu thun begehrt? Credebatur tunc & nunc, Juſtitiam pro Poteſtate Domini Territorialis tam valida integritate decernere, ut, niſi præconceptæ ſtudiorum partis oſtentationi alliſus; contrarium quis animo vix concipere poſſit. Ecce vero, quis Domino in civitate municipali propria; Catholico contra Proteſtantem, vel huic adverſus illũ; in ædibus ſacris ejus dominio indiſputabiliter plene ſubjectis reſtaurandis, (vel ei ab Eccleſiaſtico alio cõceſſis, modo id ſine fraude fiat, aliusque præter Dominium adipiſcendo juri non immineat:) vel novis ædificandis in loco proprio; ſuis impenſis; ſine omni omnino alterius Religionis poſſidentis periculo, rigide obſervato §. 31. id Juris negare poterit? Id, quo Imperii Scriptorumque ſententia, Catholicus vel Aug. Confeſſ. addictus, ob mutatam fidem gaudet: Quo Unius Religionis Domi-

nus & ſubditus ratione tertii utuntur: ſicut de illo, & hoc, *ad Num. 52.* probationes datæ; niſi contrarium lege publica definitum; pactis & tranſactionibus conventum; videnda fortiora in theſi negantis *argumenta*: *Civitas*, quanta largiri velit, penes ſe judicatura: *Lex* definiet.

De *CIVITATIBUS MIXTIS* proponebatur: Si Civitas immediata utriusque Religionis, ita, ut tam Magiſtratus, quam Cives Anno 1624 in ſuo Religionis publico exercitio fuerint; An Utrique Religioni liberum ſit, ea, quæ ad augmentum & ſplendidiorem conſervationem (de neceſſario enim opere non dubitatum:) Cultus pertinent; v. g. ſacras ædes, ſcholas, Monaſteria, non obſtante Anni ejus 1624 inæquali obſervantiâ ædificare, conſtituere & erigere? *Primo* intuitu, affirmativa & paritati utriusque conditionis, ex qua, quod alteri juſtum eſt, alteri quoque non denegandum, innititur: Nititur etiam honore Dei, Juventutis honeſta educatione, amplificatione Chriſtianæ Eccleſiæ; in quibus finibus cooperari magis

Pax

Pax noſtra; quam fatali anni 24 periodo inhærere, deſtructiones prohibendo, incrementa non invidendo, videtur: maximè, cum & olim, id fieri poſſe, pro certo ſemper habitum ſit. Syring. *d. l. th. 26 & 28.* Sed hæc in Comitiorum Jura pronunciandi ingrediuntur: Propoſitorũ formalibus hiſce: Wo in einer Reichs-Stadt die gantze Gemeinde und Bürgerſchafft / den Magiſtrat mit eingeſchloſſen / getheilter Religion iſt / und jeder Theil einen öffentlichen Kirchgang und übung ſeiner Religion vor dem Jahr 1624 hergebracht / und deſſen zu dieſer Zeit in poſſeſſione vel quaſi geweſen iſt; Ob in ſolchem Standt dem einen oder andern Theyl frey und unverwehrt ſeyn ſoll/was zu bezierung/ vermehrung / und erhaltung / Troſt / Wohlſtand und Nothturfft ſeiner Religions Übung dienlich ſeyn kan / es beſtehe nun ſolches in Auffrichtung neuer Stifftung / Kirchen / Schulen / Klöſter / Einführung oder Veränderungen Geiſtlicher Perſohnen / Ungeacht dergleichen Anno 1624. den 1. Jan. nicht vorhanden geweſen / auf ſeinen eigenen Koſten / ohne ſchmä-

ſerung des gemeinen Guths einzuführen und vorzunehmen :/ loquentibus: *Namque* cum magnum ſit inter Civitatem utrumque publicum Exercitium habentem; & Jura Magiſtratus inter utramque partem diviſa agnoſcentem: *Porrò*, inter externas pompæ divini cultus exornationes, & Scholarum, templorum, Monaſteriorum, fundationes novas, ut & veterum ampliationes: Introductiones *quoque* novorum Ordinum ante Annum 1517 exiſtentium, & aliorum, quam qui Cœnobia Anno 1624 detinuerant; de quibus ſuperius; diſcrimen: *Scholas* novas erigi prohibendum, decreto Mandato S. C. 11. M. 1594. in Camera patuiſſet; Gylm, *tom. 1. Symph. p. 2, pag. 105. Multiplicatio* Scholarum ex judicio Comiſſariorum Cæſaris in cauſa Dünckelsbühlenſi; Deputatorũ Imperii in cauſa Hagenöenſi dijudicanda eſſe velit, opinio ſuſpeditur.

NUM. LIX.

Ad Art. XVII. §. 3. De Exceptionibus, quacunque ratione

ne

ne Germanicæ Paci obiiciendis vel objectis, caſſatis, ſummaria tractatio.

POſſet & deberet hic publica luce digna Conſultatio adornari, arg. *Art. XVII. §. contra hanc tranſactionem 3.* ad ſingula ejus verba, *DE EXCEPTIONIBVS PACI GERMANICÆ obÿciendis & OBIECTIS caſſandis & CASSATIS*, nova Oratione inſtituta: Verum, probatum eſt Lectori ſæpius, vocationem libelli Cameralem eſſe, hanc animadverſionibus in Opiniones Veterum aliorumque deſtinatam; Univerſum Inſtrumenti Pacis fundum colendum nunquam ſibi arrogaſſe. Notandum autem, ne nihil addatur; *Quædam* ex his memoratis, ſed remotis, obſtaculis Rei Politicæ ſolum obſiſtere; *quædam* Eccleſiaſticæ, ſive Paci Religioſæ; *quædam* utrique. Et, *IVRIS COMMVNIS*, tam ſcripti, Civilis & Canonici, quam non ſcripti, certi ſunt fines, quos inter ſe concludere cogitur, *CONCILIORVM DECRETA*, forſitan ea ſola,

quæ poſt disſidium Religionis emanavere; & priora quoque, de quorum authoritate adhuc in Eccleſia diſputatur; vel quæ præſenti rerum Statui Politico, & in certis logis punctis, Eccleſiaſtico adplicari non poſſunt, (reliquis, antiquisſimæ primitivæ Eccleſiæ Dei, ratione Sanctæ fidei articulorum obſervatis, authoritate relicta:) hactenus quieſcere juſſa. *PRIVILEGIA, INDULTA, EDICTA, Commisſiones, Inhibitiones, Mandata, Reſcripta*, utpote juſſa particularia tempore civilium bellorum emanantia ſponte cedunt; tam ratione Amniſtiæ, quam Gravaminum, cedere coacta Generalis Pacis tractationi & concluſioni; quorum prolixus Catalogus, (qui tamen integer in caſſatorum cenſum durius ſcriberetur:) à Carolo Caraffa *in Germ. Sacr. Reſt. part. 2. à pag. 34. ad usque 45.* Addita *in Epiſtolis* Forſtner. *obſervatu digna pag. 170.* *LITIS* quoque *PENDENTIS Exceptio* remota, eo effectu, ne juxta jura, tempore ejus pendentis factæ, contra hanc pacificationem obſervata, ſed nova judicaretur. *Quæ vero in ſpecie lites*, quæ cauſæ,

qui-

quibus in circumſtantiis, comprehenſæ altioris indaginis, nec hujus deliberationis eſt, præter ea quæ ſuperius paſſim tacta, reliqua ad Imperium & Judicia Suprema remittenda. Etiam, *quocunque tempore latæ SENTENTIÆ: QVID? ERGONE Sententiarum ſemel promulgatarum omnis authoritas prorſus abrogata?* An *quocunque etiam tempore* latæ? Id credi quidem non poteſt: Illas intelligere poſſumus, quæ intuitu Religionis de rebus Politicis, & Eccleſiaſticis Bonis, in Statu Reipublicæ turbante & turbato latæ; quæque ob Amniſtiam conſiſtere non poſſunt, & quæ in rem judicatam tranſiere vel non: Nam & *RES IVDICATÆ* contra legem Inſtr. Pac. nihil valituræ: ſed, *an omnes?* dictum. *AN ET Executioni mandatæ?* Idem dicendum, ſi contra reſtitutum ex capite Amniſtiæ poſt Annum 1618; ex capite Gravaminum, ſcil. Religionis, bonorum Eccleſiaſticorum, &c. in & poſt Annum 1624. (*AN ET ANTEA?* de temporibus illum Annum ad Pacificationem ſuperioris ſeculi usque antecedentibus, juxta Conſtitutionem

noſtram dijudicandis quæſtio; Jura liquida ſunt; de reliquis incidentibus ſuperiores pronuntiabunt:) executio facta: excluſis tamen merè Politicis cauſis ab his duobus punctis alienis. *CAPITULATIONES Cæſareæ*, contra poteſtatem alienandi bona Imperii, tractatusque Pacis ab Advocato Eccleſiæ ſuſceptos. (Cap. Leop. *art 1. fin.*) ſæpius allegatæ. Exemplum in Epiſt. Forſtneri *pag. 47. & 55. Religioſorum ORDINUM REGULÆ*, quibus hic vel alter Pacificatorum illigabatur; vel, quæ aliam Religionem, Ordinemve alium in ſuis fundationibus non admittentes, Obſervantiæ Anni 1624. vel modernæ Legi adverſæ deprehenduntur, Itemque *EXEMTIONES*; ſive juris illæ, ſive facti; niſi hac ipſa in Pacificatione factæ; ſive præteriti, ſive futuri temporis *PROTESTATIONES* & *Contradictiones*; (quas inter illuſtrisſima fuit à *FABIO CHISIO*, *Epiſcopo Neritonenſi*, *Nuntio Apoſtolico*, poſtea Pontifice Maximo, 14. Octobr. Anno 1648 Monaſterii Weſtphalorum interpoſita, & 26. Octobr. ejusd. Anni repetita: ut &, quæ ſecuta,

De-

Declaratio Nullitatis Articulorum Pacis Germanicæ ab *INNOCENTIO* X. 26. Nov. 1651 publicata:) rejectæ, caſſatæ: Bulla caſſatoria à JC. de Monteſperato, Hornbeckio, & ſummæ æſtimationis Davide Blondello, impugnata. Secedere hæ juſſæ; multo magis proinde inferiorum Ordinum: quas paſſim Burgold. attingit. Contradictionibus Ernesti de Euſebiis, & cujuscunque, Pacem hanc, vel penitus, vel in quibusdam partibus, injuſtitiæ, iniquitatis, nullitatis &c. accuſaturi; adeoque vincula perennis concordiæ inter Imperatorem & Status, Statusque inter ſe diſſoluturi, Publica inviolabilis hæc Imperio dicta Lex univerſalis, & ſponſio Cæſaris *in Cap. Art. 2. in fin.* facta, obnitentur. *APPELLATIONES*, quarum merita his articulis adverſantur. *INVESTITURÆ*; omnes tempore belli tricennalis factæ adverſus reſtituendos (niſi expreſſe in J. P. confirmatæ:) producendæ; Itemque omnes illæ, quæ quoad Libertatem Religionis, ejus Exercitium, Bona Eccleſiaſtica ab Inſtr. diverſæ, illique con-

trariæ ſunt: *ITA ET ſigillatim ea, NE FEUDUM alius poſſideat, niſi qui hujus vel illius Religionis eſt; SI IN DIVERSÆ FIDEI Confeſſorem ſucceſſionis titulo legitimo deſcenderit, feudum caducum fiat, & ad Dominum revertatur?* vel *UT VASALLUS Religionem ſuam mutans feudo cecidiſſe dicendus?* Ita omnino; ſi de Inveſtituris, ante dicta tempora ita factis, quæreretur, reſpondendum; eaque de cauſa ante quadriennium adverſus Dominum feudi, Vaſallum, niſi & ipſe mutandæ Religionis conditionem ſe ſervaturum, quam legem Anteceſſor belli tempore receperat, *pace jam facta* rite promiſiſſet & adimpleviſſet, investire recuſantem Mandatum S. C. decretum, quod mutata à Vaſallo fide, conditioneque adimpletâ evanuit: Si de novo *poſt concluſam Pacem* inter Dominum Vaſallumque his inveſtiturarum conditionibus conveniretur; voluntaria conventione beneficium legis amiſſum, quoad Vaſalli perſonam, æqua & juſtiſſima certitudine; *AN ET QUOAD PERSONAS ſucceſſorum in feudo?* Nequaquam; quia de feudo *antiquo* litigium; ubi

ubi ſucceſſor ex pacto & providentia majorum ſuccedit; nulla pacti, licet id expreſſe conventum, in ſucceſſorem, ita non paciſcentem, tranſitio; huic libertas conſcientiæ, jus in feudo, Jura Germaniæ jam præſcripta, non adimi, imo nec gravari poſſunt; Ejus erit ſe liberum de novo obligare; nihil hic, neque ad heredes, neque heredum heredes tranſitorium. *QVID SI FEVDVM NOVVM SIT, nova ratione, novo Vaſallo conceſſum; nonne novi ejus inveſtiti ſucceſſores nova quoque inveſtiturâ, conventionis, obligatione tenendi?* Omnino non: neque enim Religio modus amittendi feudum, minus felonia eſt. obligatio perſonaliſſima cum perſona primi Vaſalli mortui evanuit: gravare prior, ſe, bonaque potuit: perſonam quoque ſucceſſoris: conſcientiam nunquam. Et ut de *ſumma litis* tranſitorie, ſed legaliter, divinemus. Licet & licebit cuicunque; *ſalvis Imperii tertiique juribus*, beneficiis ex Lege ipſi competentibus renuntiare, ſive id pacto, ſive contractu, aliave quacunque ratione fiat, pro ſe & ſua perſona: pro perſona tertia, & non

mu-

mutuis, ſed unius partis, voluntatibus, quo referenda teſtamenta aliæque ultimæ voluntates, diſpoſitiones etiam inter vivos, & quæ huc pertinere poſſent, nunquam. quia enim ſpecialis de his omnibus ita *paciſcendis* casſatis non, ſed de ſolis *conventis*, lex loquitur, & obſervantia Imperii & Jurisprudentum: transiverunt reliqua ad Leges Gentium: *ut videtur*. Quod ſi & hic libertatem conſcientiæ, ſummam quam in terris homines habent felicitatem, omnibus rerum geſtarum actis, Juramentis, conventionibus, promisſis, & cæteris quibuscunque, utriusque exploratis conſenſibus celebratis, actibus, potiorem judicandam quis cenſuerit, defenderit, adverſi quid nihil contra conſcientias conſuli poteſt; & ſubſiſtitur. Ulteriora ad Commentarios pertinent, non hoc eorum projectum!

De *Pactis & Tranſactionibus*, *ad N. 12, & 39. dictum*. *JURAMENTA* v. g. de non mutanda Religione; non extradendis bonis vi harum conventionum reſtituendis; & ſummatim, Pactis huic transactio-

ctioni Pacis contrariis adjecta: *RENVNTIATIONES*; (addantur *DISPOSITIONES VLTIMÆ*, *EXHEREDATIONES*; *&c.*) de quibus illuſtri plane conſilio commentatus eſt Illuſt. Dn. Mauritius *vol. 2. Conſ. Chilon. 1. n. 81.* Multo minus *EDICTVM ANNI M DC XXIX* valebit; utpote cujus in materialibus & formalibus defectus palam Scriptores enumerant; unius Principis, vel Sententia, vel Placitum; turbato jam Reipublicæ Statu editum: ut defenſum Scipioni Aretino; *TRANSACTIO PRAGENSIS*; utut in aliquibus Proteſtantibus magnis favoribus addicta; quia inter partes ſingulares factum; quod in omnium utilitatem vel damnum operari poterat; ubi univerſali compoſitione omnis Reſpublica in tranquillitatem reducenda; malum radicitus exſcindendum fuerat; illa, quæ ſanctionis Pragmaticæ exiſtimationem viresve nunquam in Imperio adepta eſt, Pax, concidit. Vid. Joh. Stellæ *Deploratio Pacis Germanicæ*, & Petri Oſtermanni *Scripta contraria*. *CONCORDATA Nationis Germanicæ* cum Pontifice quoq. ſepoſita, & recte

IN-

INTERIMISTICA denique, de ſervanda pace, & colenda Religione, diſpoſitio Anno 1548 à Carolo V. Imp. evulgata, tam quoad internas vires, quam externas circumſtantias, ratione Reipubl. Germanicæ, nulla, caſſata. Ita & adpoſita *CLAVSVLA GENERALI* de non admittendis ullis aliis ſtatutis, ſive Politicis ſive Eccleſiaſticis Decretis, diſpenſationibus, abſolutionibus, vel ullis aliis, quocunque nomine excogitari poterunt, Exceptionibus, nec uſpiam contra hanc Tranſactionem in petitorio aut poſſeſſorio, ſeu inhibitoriis, ſeu aliis Proceſſibus vel Commiſſionibus unquam decernendis, quicquid vafrities ingenii humani his objectura erit; aut in facto objecit, abrogatum, annullatum, irritumque judicatum. *HÆC* autem *PAX*, *VT INVIOLATA SIT*; *VT PERPETVA SIT*, *VT ÆTERNA*: *ITA ANNVAT REX REGVM ET PRINCEPS PACIS!*

NUM. LX.

De Paci inſidiantibus: Paciſque perpetuitate.

Non

NOn ignota quidem eſſe poſſunt, quæ clam palamque in pretioſisſimam Pacem, vi, dolis, fraudibus, malitioſis interpretationibus, pars hujus ſeculi hominum magna, Pacis oſores, novandisque rebus genitæ mentes, commiſere; majora etiam, niſi Deus atroces animos vinciret, auſuræ; ſed his quoque deſtinatæ ſunt ſuæ caſtigationes; malis remedia. Si quæratur; *QVÆ ILLA Pars? QVIVE homines Paci fiduciariæ inſidiantes? QVA EX ratione? QVAVE fine?* Id vero, ex longinquo ſecuturæ ætatis exitus præſagiens, propriæ ſentiens, memorabili & cordatisſima invectiva J. A. Thuanus *Lib. V. de Vita ſua. in fin.* exponit; ſed non exſcribimus. Diſputationes *de PERPETVITATE PACIS RELIGIOSÆ* veteris, inter Catholicos & Proteſtantes, erudite, ut ſolet, compilavit Syring. *de P. R. th. 49*. Apolog. Aug. Confeſſ. *cap. 12*. Veteres novasque ſcholaſticas ſubtilitates de interitu Pacis per ſuperiori ſeculo habitum Concilium Tridentinum ſtatuendo, vel fine, in aliquem præſumptum vel præſumendum eventum, præſentis Pacificationis ſperan-

do,

do, eliſit Inſtr. Pac. *Art. V.* §. *Bona Eccleſiaſtica. 14.* ibi: *ſi vero, QVOD DEVS PROHIBEAT, de Religionis diſſidiis amicabiliter conveniri non poſſit, nihilominus hæc conventio perpetua ſit; & pax ſemper duratura* & Art. XVII. §. *pro majori. 2.* ibi: *hæc tranſactio perpetua Lex, & pragmatica ſanctio, &c.*

NUM. LXI.

S. Cæſ. Majeſtatem ſub pœna Pacis publicæ ſe ſervando Inſtrumento Pacis obligaſſe; impotens dictu: neque Status ea teneri ex pacto; &c.

SACRAM CÆSAREAM MAIESTATEM pro ſua Perſona obſervandæ Paci Religioſæ & Inſtrumento præſenti adſtrictam eſſe, diſponit; tum R. J. 1555. §. ſolches und jedes 29. tum J. P. Art. XVII. §. 1. & 2. fatetur & promittit Capit. Leopoldi, *Art.* wir ſollen und wollen 2. Et non ſolum pro ſe, ſed & pro Succeſſoribus, arg. J. P. *d. Art. 17.* qua de relaudanda Exegeſi ſcripſit Syring. *de P. R. th. 18. & 19.*

& 19. ſed, *AN S. CÆS. MAI. pœna violatæ Pacis Publicæ ſubiacebit; ut cæteri Imperii cives, ſi contravenerit?* Ita non ſolus Author *h. l.* ſed & Gylmann. *tom. 1. Symph. part. 1. pag. 169. n. 34.* & hunc ſecutus Maul. *de P. R. tit. 4. pag. 8.* Verba enim, ajunt, eſſe expreſſa in R. J. 1555. *d. §. 30.* Alles bey Käyſerl. Königlichen Würden / Fürſtl. Ehren / wahren Worten und Poen des Landfriedens. Gylm. *d. l.* in cauſa Pergner & Conſ. contra Bürgermeiſter und Rath der Stadt Cöllen. Optandum omnino hic civilius itum (cum JC. Celſo *in l. ſi cui ſimplicius. 9. D. de ſervit:*) Tennag. *de decern. Proceſſ. cl. 1. c. 2. n. 4.* Nam & *falſum* eſt, Sacram Cæſaream Majeſtatem ſe ſub pœna Pacis Publicæ; vel in allegato §. 29 aut 30 Receſſus Auguſtani; vel Pactis Weſtphalicis obligaſſe: quidquam olim obligationi vel Cæſaris vel Statuum roborandæ adjectum, præter verba promiſſionum: Bey Käyſerl. und Königlichen Würden und Worten; & in ſeq. §. tatione Statuum: Bey Fürſtlichen Ehren und Würden / und rechten guten Treuen / und in Wort der Warheit / auch bey Treu-

en und Glauben/ ꝛc ꝛc. Vides obligationum formæ differentias? *Falſius*; Germanicæ Pacis verba, aut veteris conventionis formulam in R. J. 1555. §. und damit ſolcher Fried. 17. ꝛc. cum ſeq. dargegen ſollen die Stånd: 18. ſine omni diſcrimine perſonarum imperantium & parentium (Conjuncti autem in *d.* §. omnes, ut Catholici; ſeparandi, ut ſinguli:) quod Legiſlatio etiam invito agnoſcendum fere non obtrudit, accipiendam; & non magis ad formam dd. §§. interpretandam; hanc pœnam in Imperatorem vel per conſequentiam valituram, dictũ prorſus abſurdum eſt. *Abſtine ab hoc manus tuas fortuna*, (ſi cum L. Ann. Seneca *in Conſol. ad Polyb. cap. 32. in pr. & 31. in fin.* pro ſummi Principis ſalute fulgur privati ſcriptoris deprecari neceſſe:) *nec in iſto potentiam tuam, niſi ea parte, qua prodes, oſtenderis. patere illum generi humano jam diu ægro & affecto mederi: patere, quicquid priorum temporum furor concusſit, in locum ſuum reſtituere ac reponere. Dii illum Deæque omnes terris diu commodent. acta hic D. Auguſti*

æquet,

æquet, annos vincat; ac, quamdiu inter mortales erit, nihil ex Domo ſua mortale eſſe ſentiat. Rectorem Romano Imperio filium longa fide approbet, & ante illum conſortem Patris quam ſucceſſorem accipiat. ſera & nepotibus demum noſtris dies nota ſit, qua illum gens ſua cælo aſſerat. Præferenda itaque illi, qui ſibi contra Imperatorem non enormiter indulgere velit, moderatior ad implenda pacta, præſtationemque promiſſorum, vel actio vel admonitio, ſi Reſpublica, ſi *ſtatus*; vel, ſi *Subditus* & ſingularis civis eſt, ſupplicatio: ſi *Extraneus* Compaciſcens; Juris Gentium remedia non deerunt; *Locus* in Comitiis, alii cuicunque judicio, tanto oneri ferendo valde impari, ſæpius prælatus & electus eſt. *Procedendi rationes* utrinque, ibi per modum gravaminum; hic per Legatos propoſitis querelis, hodie probatiſſimæ. *Eventum* Acta Imperialia paſſim edita: Motus animorum Forſtneriana, & recentiora alia, demonſtrant.

Illud quoque non ſuccedit: *STATVS IMPERII ſub pœna pacis publicæ Articulos legis ſe ſervaturos promiſiſſe.* Namque id tex-

tus in d. §. und wier die Verordnete. 30. id non locutus fuit; neque ſicut *promiſſio* de ſervando per pacta Legitima ibidem expreſſa eſt; ita & ipſa *pæna* illa ex pacto; magis autem ex Lege & ſanctione pragmatica Imperii infligenda venit; atque ita exponenda ſunt d. §. 16. verba: Quamdiu etenim inter Imperatorem & Status in Comitiis tractatur conventio eſt, quicquid utrinque placuit: ſi quod placuit, in vim Legis Pragmaticæ à Cæſare, nomine Receſſus, promulgatum; Lex eſſe Statibus incipit; conventionis nomen autem, niſi ubi Status adverſus Majeſtatem de Jure experiri intendunt, amittit: Si proinde verum eſt; quod Gail. *2. de P. P. c. 2. n. 28.* & Blum. *P. C. tit. 34. n. 87.* defendunt; ejusmodi Obligationes ſub pœna banni conceptas, vel plane non valere, vel ſaltem effectum decernendorum in Camera proceſſuum adipiſci non poſſe; falſum erit manifeſte, eas hic loci valituras: Si valent; neganda quæ ipſi jam defenderant. Verum non dubitandum, eſſe in poteſtate Civis Imperii, *in Statu, qualis noſtræ Rei-*

publi-

publicæ eſt, cum ſuprema Majeſtate ita paciſci, ut, ſi pactis placitiſque à ſe contraveniretur, quæſita eſſe debeat Majeſtati potentia Civem è Republica excludendi, aliave enormi emendatione legitime advertendi; quæ pœna poſtmodum, in hypotheſi, non ex pacto immediate, ſed mediate, id eſt ex Lege, vires ſuas capit. Notabili inter *STATVS IMPERII cum Cæſare*; *CÆSAREM cum Statibus*; *NON STATVS cum non Statu*; & *CVM STATV*; paciſcentes differentia. *Subditus cum Magiſtratu*; ſi hujus aliàs non abſoluta in civem poteſtas, quid ni ita paciſci poſſet? quid ni per obligationem devertendo illius, ſi non pareret, ſolo; non Imperii? Quo modo, *non Status cum non Statu*, *Subditus cum Subdito*? Nullo: neque enim Subditus in conſubditum, vel Subditus in ſe, tantam habent licentiam, ut hic, invito Magiſtratu, in aliquem eventum, Subdito eum, vel civitatem cive privare; ille, alterum eiicere poſſet; nunquam ea pacta admiſſura obligatione potentiori cum Magiſtratu contracta, hujusque ſuperioritatis

præeminentia & intereſſe. An *CVM CÆSARE STATVS in ſe ſuumque præjudicium?* Ita; & dictum. An *CÆSAR CVM STATIBVS* Neutiquam. non enim *lege* obligatur, quia ſuperior inferiori legem fert; ſuperiores autem, nec olim fuerunt, nec hodie ſunt Coronæ Conpaciſcentes; vel olim, aut hodie, magis fuerunt Status: Non *pacto*, pollicitatione, vel ſpontanea alia cujuſcunque figuræ conventione, quia, ita JC. ut ſupra; inutiles fuiſſent: *Atqui*, denique, libera ſubjectione ſub leges, & virtute obligationum juxta Gentium Jura ſervandarum, tenebitur; *obiicis*; Ita: ſed hæc omnia Cæſaris clementisſimam æquitatem in ſervandis, quæ illi cum Imperio convenienda placuerunt, operantur; non ilico fulgura in Cæſarem impotentia, pœnaſque fractæ pacis publicæ, magna nomina! immiſere. Ea, quæ inita ſancte ſe impleturam, ubique; Pœnam ſe ſubituram, nullibi dixit Majeſtas Cæſaris, nullibi cogitavit, nec ejus ſomnii veſtigia ſunt; niſi male lecta.

Verba: Bey Fürſtlichen Ehren und

Wür-

Würden in rechter guter Treu / und im Wort der Warheit/ auch bey Treuen und Glauben &c. vim juramenti habere jam pridem agnoverunt Camerales, nec hodie improbant. Gylm. *lib. 1. Dec. Cam. 14. n. 31.* Meichsner. *tom. 1. Dec. 2. n. 30. & 14. 2. Dec. 8. n. 10. & 25.* Mynſing. *1. Obſ. 17.* Gail. *2. Obſ. 59. & ibi.* Græveus. Beſold. *Conſ. 195. n. 34.* Berlich. *p. 2. Concl. 44. n. 24.* Myler. *in cap. 6. Nomolog. Princ. cap. 6. n. 13.* operoſe perſequitur. add. Bachov. *ad Tr. 1. 21. I. a.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 27.* Vim Juramenti in ea formula omnes agnoſcunt; pœnam eandem, quæ perjurio dictata, prorſus negant. Videatur ſubtiliſſ. Covarruv. *ad c. quamvis. X de Pact. p. 1. §. 2. verſ. Nono, ab eadem. pag. 214.* Authorita: *Qui vel minimo puncto doloſe contravenit, perjurum eſſe, atque juſtam Dei, qui cordium ſcrutator, vindictam, ſi in hac vita, tamen in ultimo judicio minime evaſurum*, non contemnenda ad irreligioſum ſeculum obteſtatione facta, aſſerit. Neque procul ab his abeo; differentiam tamen inter promiſſionem ſimplicem & juramentum, etiam in foro conſcientiæ, agnoſcendam

 dam

dam, quis non agnoſcit? Reinking. *de R. S. & E. l. 1. cl. 3. cap. 9. n. 61. & ſeqq.* warem. ab Ehrenberg *de fæder. lib. 2. c. 1. n. 126.* In Judicio vero Divino lex humana ceſſat; ſeverior procul dubio perjuro ibi; quam qui promiſſionem ſine divini Numinis invocatione factam fefellit, pœna dictabitur. Vid. *can. juramenti, 22. quæſt. 5. & Gail. 2. Obſ. 59. n. ult.*

De Plenitudine Poteſtatis Cæſareæ Paci non impoſitura, vid. Syring. *d. l. th. 17. lit. e.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 7. lit. h.*

NUM. LXII.

Pacis hujus conſervandæ rationes; attentatorum adverſus eam declinationes; cum hujus conſultationis obſignatione; fuſo pro Cæſare, pro Pace, gratulatorio Voto.

ADdendus *ad N. 62.* locus illuſtris ex Inſtr. Pac. *Art. XVII. §. 5 & 6.* cujus hi ſenſus: *Qui huic Tranſactioni. &c. repugnaverit pœnæ fractæ pacis reus eſto. In illum*

lum Executio inſtituitor. Pax in ſuo robore permaneto. Conſortes univerſas & ſingulas ejus leges contra quemcunque ſine Religionis diſtinctione tuentor. Si quid violatum læſus lædentem à via facti dehortator, cauſa ipſa vel amicabili compoſitioni vel juris diſceptationi ſubmiſſa. ſi lis intra ſpatium trium annorum (vid. de hoc aliove computando, Acta inter Epiſcopos reſpective Bambergenſem & Herbipolenſem & Marchiones Brandenburgicos, ratione litis Kitzingenſis, apud Oldenb. Limn *Enucl 3,8,14. his viis nō componatur, Conſortes moniti, nec amicitiæ, nec juris viam locum inveniſſe, junctis cum Parte læſa Conſiliis Viribusq;, ad repellendam injuriam arma ſumunto. Iurisdictio Iuſtitiaque adminiſtratio ordinaria in cæteris ſalva eſto.* Hiſce legibus obſignamus Conſultationem, pro privato in Pacem reductam, nobis poſterisque ſtabiliendam, deſiderio & affectu, prodituram. De Pace Monaſterio Oſnabrugenſi, Palladio noſtro, gratulamur Imperatori, Imperioque, Pacificatoribus; Reipublicæ, in Pacem, æternam! Dei immortalis auſpiciis, compoſitæ; addito

uno *Argenideo*, ſed magno, quia *Barclaii*; & regio, quia ad *Cæſarem*, Voto:

Victor ades, Tecumque redux (Pater optime Gentis
Teutonicæ.) faſto pax cingitur aurea cultu;
Et cœlo niveis Pietas demittitur alis.
Aſpice, quam facili redeunt tibi Numina curſu;
Aſpice, quam ſubitas mutat concordia terras.
Alma quies, diveſque labor, ſe numine miſto
Indulgent late campis: Hic flore comanti,
Hic culmis ſtipatur ager: Se blandius ulmis
Porrigit & lapſæ repetunt connubia vites.
Bella procul, ſcelerumque minæ, ferrique licentis
Nunquam tuta fides. SOLIO *ſublimis* AVITO
TV PATER, & tantum LEX Tecum ARMATÆ
ſedebit!

CONSULTATIONIS DE PACE CIVILI RELIGIONI DATA; PARS ALTERA.

In qua de REMEDIIS, ad ea, quæ ex Inſtrumento Pacis & affinibus Conſtitutionibus debentur, conſequenda, in foro competentibus, juxta IVDICII AVLICI CÆSAREI, CAMERÆQVE IMPERIALIS Praxin & obſervantiam, eâdem methodo, deliberatur.

NUM. LXIII.

Remedia ab Inſtr. Pac. juſtitiam implorantibus data: eorum qualitates, finesque.

DE *IVSTITIA* bonorum Juriumq; prætenſorum & prætendendorum in prima Conſultationis parte dictum; Altera hæc de *REMEDIIS* & Rationibus

Jus

Jus & Juſtitiam in foro juxta legem quærendi, adminiſtrandique dicturâ. Remedia, ad id, quod nobis ex Pace Religioni data, & confinibus articulis debetur, adeoque ex Jure perfecto, conſequendum, conſervandum, recuperandum &c. vel *ORDINARIA* ſunt, vel *EXTRAORDINARIA*; *Hæc*; *amicabilis compoſitio*, vel *ſimplex*. Art. XVII. §. *Pax vero.* 5. *in fin.* vel *qualificata*, cum comminatione perdendæ prætenſionis, Art. IV. §. *Controverſia.* 23. & cum parte læſa *conſiliorum viriumque conjunctio* ad repellendam injuriam ejus, qui in termino legali, neque amicabilis compoſitionis, neque Juris viam, prælata ea, quæ facti eſt, ingredi voluit. *d. Art. XVII.* §. *Verumtamen.* 6. Inter *ORDINARIA*, ſubminiſtrata duo: *Imploratio officii Iudicis*; & Via ordinaria Juris ſui *per actiones* conſequendi: Cum de *OFFICIO IUDICIS* implorando conſulimus; primò, Majeſtatem etiam & ſupremum Magiſtratum, *CÆSAREM*, complectimur; dein *COMITIA* S. R. Imp. univerſalia, in quibus jam olim CXIIX cauſæ propoſitæ; cum non ſuccederet, ut deſi-

deſiderabatur, negotium, à S. C. Maj. & Statibus nominatus tertius Judex: *CONVENTUS DEPUTATORUM* Ordinarius Francofurtenſis; R. J. 1654. §. den Zweyten Puncten. 191. Ille vero evanuit, exſpectanda itaque imploraturo ſuperiorem ſuper reſtitutione ex capite Amniſtiæ & Gravaminum, nova Comitia, vel novus Deputatorum conventus: Interea; & ſi res moram non latura, Reſpublica aliquid detrimenti captura, querelarumque qualitas urgeret, Illuſtriſſ. *Senatus Imperialis Aulicus*, &; certis in terminis; *Cameralis*, judicaturi erunt. Dn. ab Andler. *jpr. P. & P. lib. 1. tit. 1. p. 2. n. 20.* porro quoque officium *judicis*, ut *judicis*; quod, ut boni viri, requiſiverunt Veteres. H. E. Roſacorb. *Pract. for. cap. 30. n. 7. & paſſ.* *ACTIONES*, alterum, inter Ordinaria, remedium; concernunt, vel *Petitorium*, vel *Poſſesſorium*: in *PETITORIO*; (ſi ita brevitatis ſtudio differenti ingredi licet:) dantur nobis Judicia *Civilia*, & *Criminalia*; *Illa*, vel *pœnalia*, vel *non pœnalia*: Inter *non pœnalia* ſunt *Actiones in perſonam*, & *in rem*: *Iſtæ* præeminent: nomine *CON-*

DICTI.

DICTIONUM ex Lege Pacificationis Germanicæ conſpicuæ; namque cum Mandatis non omnia, quæ nobis ex Inſtr. Pacis debentur, exigere posſimus; per petitiones grandium pœnarum in Cit. ad vid. ſe declarari &c. partes plerumque eas meditando fructus ipſis debitæ Juſtitiæ ſupprimant aut retardent; & alias diſſuadendum ſudo cœlo de fulminibus diſſerere, & ob quodcunque non adimpletum, non reſtitutum, non permiſſum Pacem Religioni datam violatam fractâve clamitare, rectisſime hic inductæ hæ *Conditiones*; quibus, ubi commodiori via uti non licet, vel non conducit, aliquid vi legis dari nobis vel fieri petimus: Exempla *in Art. IV* nonnulla; plura *in Art. V*. Hæ, *reales*, vindicant præcipuè rerum dominia, & poſſesſiones, de quibus mox: iſtaque vindicatione reperimus rerum noſtrarum interverſas proprietates, cum annexis; Jisdem realibus confeſſoriis & negatoriis Jura noſtra rerum incorporalium omnium, & quæ juxta Legum jurisque analogiam huc pertinent: factum id in reſtitutionibus

per

per Amniſtiam, & Gravaminum: Lexque, ut intentarentur, permittit & ferme jubet. *Pœnalia* Judicia, vel *ſolam pœnam* perſequuntur, vel *pœnam & rem ſimul*. Inter *illa* ſunt, quæ nobis aut ex textu J. P. aut ex Jure communi fundare permiſſa erunt; qualia ſunt, *Citationum* ad vid. ſe ob non initam amicabilem compoſitionem, aut cauſam Juris proceſſu non terminatam, ob tergiverſationem, prætenſione habita decidiſſe, & condemnari: *privari* feudo ob imperatas J. P. adverſarias & ibi caſſatas conditiones, præſumptamque factam expulſionem ex feudo: *incidiſſe* in pœnam l. ſi quis in tantam. 7. C. und. vi: l. Extat. 13. D. quod met. cauſ. & alia innumera. *Pœnam & rem ſimul* petimus, duabus rationibus, vel *in unica formula*, vel *duplici & diviſa*: in *illa*; cum per viam Mãdatorum C. vel S. C. reſtitutiones rerum, damnorumq;, adjecta pœnali comminatione, id quod nobis abeſt, in eventum & pœnã adjudicari, deſideramus: *Hoc* accidit, ubi præmiſſa mandati formula Citatio ad vid. &c. ſpecialis à judice & judicio petitur, *Criminalia* Judicia ex publicorũ Judicio-

diciorum legibus ſuper violata Pace Religioſa dandâ; oriuntur, vel *ex ſola contraventione* Inſtrumenti, ſive illa fiat omittendo; ſive committendo; ſive in non reſtituendo; ſive invadendo; ſive executioni (*ſine exceſſu factæ*: J. P. *Art. XVII. §. 4.*) reſiſtendo, noviterve gravando & turbando; & pœnam fractæ Pacis per accuſationes ipſo Jure & facto petere licere voluit Lex *in d. Art. XVII. §. 4.* Satis dura; ſed de eâ *ad N. 79*: vel *ex violatione Pacis Publicæ profanæ, cum hujus noſtræ transgreſſione conjunctâ*; & quis de accuſationum hic dandis remediis dubitaverit? atque de his ſolis, neque his ſatis Juridice Autor acturus erit, reſtitutione & inhibitione per mandatorum vias paſſim; uti & alias conjungi ex lubitu poſſunt; conjuncta. In *Poſſeſſorio*; reſpicienda *Poſſeſſio* poſt legem promulgatam nobis *adipiſcenda*; & *ea quam adepti realiter ſumus*: *Illius* remedia ad Catalogum reſtituendorum in Comitiis exhibitum pertinent: *Hæc*, *ſi* iterato alterius facto *interverſa*, patet actori via Mandati caſſatorii & reſtitutorii (ſuper Pace Religioſa in ſpecie

fun-

ſundati:) C. C. vel (ſuper IV caſibus: O. C. *p. 2. t. 23.* fundati & petiti:) S. C. ſi, *ut interverteretur, juſtus metus eſt*, impetranda Mandata de non contravenien-do Inſtr. Pacis, nec adverſus ejus leges via facti gravando S. C: additis, ubi opus, pro Mandatis de non offendendo *S.* C. precibus. ſi *partim de facto interverſa; partim ulteriora attentata juſte præſumi poſſunt*, cumulanda Mandata Inhibitoria S. C. cum Mandatis Caſſatoriis & Reſtitutoriis, vel C. vel S. C. quæ poſteriora remedia futuris malis præcavent, præteritis medentur, poſſesſionem in tuto facili Juris via collocant; licet Citationes ſuper pœnis Pacis publicæ *majus* nomen habeant; hic tamen *plus* auxiliis ſperabit pars, promittet Advocatus: illæ *plurimum* in impetrando & perſequendo difficultatis habent. His ita obfirmatis, veriſſimum, ex turbatione intuitu Religionis perperam facta naſci in foro querelam, querelæ quærendum remedium; Autor *ACTIONEM FRACTÆ* ſeu violatæ *PACIS RELIGIOSÆ* hîc adpellat; quatenus *pœnam pacis publicæ* infligendam perſequi-

U mur,

mur, male; rectius accuſationem adpellasſemus; ſiquidem de pœna ex Legibus publicorum Judiciorum agitur: Quatenus *implorationes officii Iudicis*, juxta ſuperius ex Roſacorbio notata, intelligimus, uſurpandum vocabulum hiſce proprium. In reliquis remediis *actiones* nuncupamus & *interdicta*, ut diſtincte expoſitum; firmante prius & poſterius Tennag. *de decern. proceſſ. cl. 1. cap. 1. n. 15. 16. & c. 2. n. 3. Turbationem* eſſentiale & neceſſarium requiſitum præſupponit; & recte; turbatione tanquam infima contraventionis ſpecie poſita, & ducto hinc ad majora facta, (& adverſus hæc competentia majora magisque penetrantia remedia, nam quamcunque turbationem tanta accuſatione huj' Tit. qui mere pœnalis eſt, perſequi, non bene conſulti Conſilii eſt:) magisque enormes exceſſus argumento affirmativo. Tennag. *d. l. n. 5*. Qui tanti non ſunt, remediis placidis facilibusque reprimuntur.

NUM. LXIV.

Quid intuitu Religionis turbare?

Clau-

CLauſulam: *Turbationem* (ſive, ſi quid atrocius admiſſum, id,) *intuitu Religionis factam factumve*, omnino *adiiciendam* ſemper ſuadendum; ea enim promovendæ Juſtitiæ, eximendoque Judici omni ſcrupulo longe conducibilior, Si *omiſſa*, & de ea ex narratis, narratorum qualitate & veritate conſtiterit, decernendos Proceſſus fore, nemo Scriptorum Cameralium unquam dubitavit. Roſacorb. *Pract. For. d. c. 30. n. 4.* Frider. *lib. 1. d. Proceſſ. c. 28. n. 2.* Meland. *ad Meur. p. 2. pag. 445. in fin.* Tennag. *d. c. 1. n. 16.* Schvvanm. *Obſ. Cam. 145. n. 15.* ſi *adſcita*; ſed perperam, falſo, aut per errorem, quis qualitatibus non probatis ad Proceſſus ſuper hac Conſtitutione decernendos Judicẽm obligabit? *INTVITV* autem *RELIGIONIS turbari*, ſive, gravamen intuitu ejus illatum vocamus id, quod immediate *principium* ſuum ex Religionis intuitu præſenti & manifeſto (non futuro, non divinatorio:) habet; ita etjam, quod immediate quoad *eventũ* in præjudicium Religionis commiſſum; ſimiliter immediatum, præſens, non di-

vinandum metuendumve. An & *mediorū* qualitates in conſiderationeʔ Ita: quæſtio autem eſt, non de meris & puris Politicis & ſecularibus; ſed Politicis, quorum principia fineſque intuitu Religionis obvolvuntur; & Eccleſiaſticis, ſive de Bonis, ſive Exercitio Religionis, controverſiis. Si ſecus, quid nō inter diverſæ fidei litigatores huc traheretur? *vid. ſupr. pag. 63. & ſeq*; Addit mox Tennag. in ſeq. n. 17. *non requiri hic violentiam, ſed ſolam ſufficere turbationem, aut etiam injuriam, contumeliam, vel gravamen religionis cauſa illatum*: rectè, ad adipiſcenda legis remedia: an criminalia? an vero civilia? dictum ad N. 63.

NUM. LXV & LXVI.

Subditis adverſus ſuos Magiſtratus ex hac lege Proceſſus decernendos, nunquam dubitatum.

DEfundanda Jurisdictione Judicis, *ad N. 76.* De qualitate Perſonarum, tam actoris quam rei, *ad N. 68. & 73.* dicendi locus reſervatus eſt. *AN SUBDITIS CONTRA MAGISTRATUS Proceſſus ſuper hac*

hac Conſtitutione decernendi? Nec in veteri Jurisprudentia Camerali, nec nova, unquam in dubium vocatum, ſed Poteſtas juvandi adverſus Legem gravatos ſubditos ubique conſtantisſimè ſervata, ob ſolidisſima apud Gylmann. *d. tom. 1. p. 1. pag. 167. n 13.* Neque verum eſt, vel alibi, vel apud Gylmann. *d. tom. 1. pag. 165.* Aſſesſores de hoc valde controvertisſe: Siquidem in famoſa illa cauſa Pergner & Conſ. contra Stadt Cöllen / non id, an Subditis contra Magiſtatus gravantes ſuccurri debeat? in lite fuit; ſed de tempore & qualitate habiti Exercitii Religionis, poteſtate introducendi, manutenendi &c. & an Subditi, & qua ratione, ſeſe in Reſolutione Ferdinandea, (*de qua ſuper N. 9.*) pro impetrando auxilio fundare posſint? controvertebatur. *Nec* magis probat ejusdem Gylmanni *pag. 262. n. 23.* locus; nullo enim verbo de Subditis à Pace excludendis vel excluſis mentio injecta, multo minus controverſia fuit. Inutile & *tertium: tandem* tamen (& ut in novisſima Editione: *per maiora;*) placuiſſe Proceſſ decernere: neque enim

TANDEM placuit, quia nunquam, poſt ſancitam legem antiquam, aliud obſervatum; neque *PER MAIORA*: quia Gylmannus nulla ibi notaverat atque numeraverat Vota: ſed magis ex neceſſario antecedenti concluſiſſe Judices, dicendum eſt; neque pauciora in hoc puncto cesſiſſe, quia nulla oppoſita. Et ex integro Gylmanniano opere videre licet, Subditis ſemper Proceſſus decretos, ubi requiſita Conſtitutionis probata, & nihil juri ſtyloque repugnans petitum fuit. Nulla itaque inter Veterem Prudentiam & ſequentia tempora contradictio, vel ſtyli diverſitas ſtatuenda.

NUM. LXVII. LXVIII.

Mediatos ad agendum contra quemcunque non ſemper admiſſos videri: &, quid hic Juris?

DE Immediatis Imperii membris, quæ jure voti & ſesſionis in Comitiis gaudent, vel ſecus, conferenda omnino, quæ

quæ, præter alibi paſſim adnotata Referentium apud Gylm: diſtincte hic proponit Gylm. *d. l. pag. 262. n. 23.* juncta nova legislatione in *Art. V. §. Terminus à quo.*
2. Dominum nomine Subditorum agere poſſe, certum eſt: Si ipſe agere, Subditoque illatas injurias Jure Judicioque vindicare nolit; *LICITUMNE GRAVATIS ſuo nomine in Camera Iudiciove Aulico easpropter experiri?* Negat Friderus *lib. 1. de Proceſſ. cap. 28. n. 3.* Sed Dominum inſtantisſime rogandum, ut ſubveniret ſubjectis; ſi ſuppliciter requiſitus denegaret negligeretve, per viam protractæ vel denegatæ Juſtitiæ ad Cameram eundum; hac impetrata demum ad agendum Subditum qualificari: in quibus conſentiunt Syring. *de P. R. th. 54. lit. d.* Maul. *de P. R. tit. 7. pag. 50. & 51.* Gylm. *paſſ.* Græveus *ad Gail. 1. Obſ. 125.* Pruckmann. *2. Conſ. 10. quæſt. 2.* & *textus* pro hac ſententia ſingularis eſt in Nov. XVII. *cap. 3.* ibi: *Scito namque, quia ſi quis veniat & aditionem nobis faciat, & à nobis interrogatus, ſi prius te adiit, deinde te dicat adiiſſe & quod iuſtum eſt non impetraſſe, & hoc verum inveniamus, in te*

indignationem convertemus, nec inepta veterum *ratio*, quod in Pace Religioſa principaliter Statibus proſpectum ſit; Subditis vero non, niſi per conſequentiam; porto, quod in gravato alieno Subdito, quoad Jura ſuperioritatis, primaria & publica injuria Domino facta; Subditus in privato ære aliquid damni paſſus dicitur. *Origo* autem adſertionis ex eo; quo Veteribus, nec adeo male, creditum, niſi inter partes utrinque immediatas ſuper Pace Religionis fundatis remediis agi non poſſe; hanc *regulam* eſſe; ſequi *Exceptionem*, eam *duplicem*: *alteram*; ſi actorem inter & reum Dominus, qui ejus mediati vice litem perſequeretur, intermedius non detur; quod, ubi inter Dominum ipſum propriumque Subditum controverſia ſuborta, accidere ſolet. *alteram*: ſi intermedius quidem exiſteret, Subditi vero privata Jura, quæ debilitata vel violata proponuntur, urgere nollet: adſignata *ratione*; quod Subditis juxta Gentium & noſtræ civitatis Jura, via Juris præcludi non poſſit; & quod mali exempli res futura ſit, aliquem Imperii, etiam mediatum, civem Juſtitiam

in tot Legibus Publicis fundatam deſiderantem foro ejicere, ferendisque, ratione fidei ſuæ bonorumve damnis, hunc unum condemnare. *Contradictorum* duæ maximè partes hic inveniuntur; *Altera*, Citationem ſuper protracta vel denegata Juſtitiâ, denegante: ſaltem dubiam faciẽte: *Altera*, mediatos actores ſine diſcrimine admittente. *Prior*, Subditos ab alieno Magiſtratu Dominove gravatos nunquã ipſos experiri poſſe, ſed diſpoſitionis arbitrium Domino relinquendum; penes ſe conſtituit: ſi cauſa ad ſumma Tribunalia devolvi poſſet, quod negat: id tamen nondum reſolutum: Quo effectu id fieret? & , *contra quem?* Sibi videri contra ſolum dominum, adverſarium enim Juſtitiam in hac facti ſpecie nondum denegaſſe: ſi *quo effectu?* an ut cauſa Religionis principalis hic in Camera vel Judicio concurrente ventilaretur? An, ut dominus rationem non inſtitutæ querelæ reddere cogatur, jusque agendi, ſi Judici ita videbitur, in Subditum transferatur? *Poſteriorem* ſtatuere inſolens; *prior* magis conſtituendus. *Altera pars* minus in foro ob-

tinebit, nihil enim, quod adducit, fortiter urget: *Nam quod* proponit Autor (n. 65.) non ſolum Status Imperii, ſed etiam omnium horum Subditos, iſtius Pacis participes eſſe, nihil ad rem; quanta enim differentia inter frui Pace Religioſa, & ob fructus non conceſſos contra tertium in Supremis Judiciis immediate Jure decernere? requiſita à majoribus tradita ſervare, vel noviter casſare? *Prorſus nihil*; Subditis à Magiſtratu turbatis Mandata Inhibitoria decernenda; ſiquidem hæc prima legis & obſervantiæ exceptio eſt, nunquam negata, nunquam, niſi male, ad reſpectum mediati & non domini; à mediati, ad Dominum, extendi præſumpta. *Minime*; nullam ſe (n. 68.) rationem videre, quare, cum in pace profana etiam quivis mediatus proprio nomine adverſus violatorem ad pœnam agere posſit, id non etiam in Pace Religioſa fieri queat. Imo vero, viſæ jam aliæ Aſſeſſ. apud Gylmann. *d. t. 1. p. 1. t. 3. vot. 11. pag. 257.* viſa & hæc; poſito, confesſum & liquidum eſſe, de omni mediato ad inſtituendas pro Pace publica accu-

ſatio-

ſationes, quamvis ejus nullum intereſſe vertatur, admittendo, Jus; differunt ingenti diſcrimine naturæ querelarum: Siquidem *in publica profana pace* conſervanda primario non ſolius violati, aut extranei tantum, ſed & ſummus actoris, cauſæque, adeo propinq; totius Imperii vel certi diſtrictus quietem turbari prohibentis, favor inſpicitur; quia, quicquid cōtra Pacem profanam, ſive univerſæ Reipublicæ committitur, tranquillitatem & ſecuritatem Imperii, quam à quovis, etiam privato, vindicari publice intereſt, immediate turbat. *Violatio* vero, ſimplex turbatio, vel non adimplere omnes leges *Pacis Religioſæ* non ſemper in ſe & ex ſe quietis publicæ turbationem involvunt, non ſemper publica mala, plerumque ſola damna privata; (niſi quis dixerit; publicam etiam rem diſpendia pati, privata ea ferentibus; quæ vulgata: Sed ita omnes cauſæ publicæ vindictæ ſervandæ eſſent; quod ita fieri poſſe Status noſter negat:) cauſantur; poſſunt etiam eadem non cauſari: Illa vero prior ſemper; maxime ubi de committendo; per indirectum, omit-

omittendo agitur: ad hujus autem delicti poſterioris vindicationem utique non privatus quisque admitti, vel poterat, vel debuerat. Accedit & *alterum*; quod, ut modo dictum, pax Religioſa Statibus primario conſuluerit; etiam, ſed ſecundario, Subditis: Pax profana vero utrique æqualiter. Neque *tertio* ex Inſtrum. Pacis doceri poteſt, Jus adverſus omnes reos hujus pacis violatores agendi, ſicut, ſalva fori prærogativa, datum; ita & omnibus actoribus in ſummis Judiciis promiſcue conſtitutum; non aliam hic rei, aliam actoris rationem eſſe. Eſto: verendum, ut Proceſſus à ſupremo Judice Subditis contra Dominum extraneum, non præmiſſis ad proprium Magiſtratum litteris pro informatione, decernantur; Domino enim ex territorii violatione & turbatione ſummum ortum diſpendium, qui ſi agere nolit, ſuperiores providebunt: Si Subditus ratione bonorum in alieno gravatus; propria inventa remedia: Quid in puncto denegatæ vel protractæ Juſtitiæ decernendum? ſupremorum Judicum arbitrio committendum. Quod

Quod *MEDIATORVM JVRA* in ſe concernit; ea quoque & veteri ſeculo, & illi, cui vivimus, ingentes litigandi anſas dedere; cum tamen nihil liquidius, quam Mediatis Imperii Subditis hodie, non minus atque olim *libertatem Religionis* & Αὐτονομίαν Publico Jure datam, conceſſam; Prætenſionem vero ad *introductionem Exercitii* ſuæ Religionis, hujus vel publici, vel privati; quam olim privati importune ſuperioribus aliquibus extorquere ſtuduerunt, ſatis & juxta Principia ſocietatis civilis, & ſtatus cujusque Reipublicæ, & ſecundum Leges Religioſas, abſurdam ſemper æſtimatam, ſi alius fidei incola noviter acceſſit; ſi quis alius Religionem poſt pacem publicatam mutavit; ſi Anno 1624 nullum, neque publicum neque privatum habuit; emigrationem licitam fore; nihil in puncto principali pluris peti poſſe.

Num. LXIX.

De Hæretico turbatore: &, quid adverſus eundem Juris?

Con-

CONſilium, ut contra Hæreticos & Schiſmaticos alienæ fidei doctores, aliquem ex tribus in Imperio probatis Religionibus civem turbantes, ex hac Conſtitutione ageretur; vel ſaltem agi poſſit, dedit P. Friderus. *lib. 1. de Proceſſ. cap. 29. n. 2. in f.* &, ut ſolet, ſequitur Melander. *ad Meur. p. 2. pag. 446. §. 5.* Neque adeo detrectandum; ſi de turbantis dogmatibus, profesſione & Religione non omnino liqueat, nec notoriæ hæreſeωs per legitima documenta convinci poſſet: Si enim qualitas improbæ fidei notoria; ſi Magiſtratus loci atteſtata, librorum evulgatorum exemplaria, aſſeclarum Confesſiones adſint, ſatius facturus erit is, qui adſumpto in ſuam litem Cæſareo Fiſcali, fundataque Jurisdictione, vel ex capite cauſarum Fiſcaliũ, Conſtitutionis adverſus Anabaptiſtas, vel *Auth. Gazaros. C. de hæret. & Manich.* Hæreticum per Citationem ad videndum ſe incidiſſe in pœnam Banni, perſequitur; juncto, ſi opus, Mandato Caſſatorio, Inhibitorio, & (quod alias ſolum C. C. decernitur:) Reſtitutorio S. C. Sicut enim hoc

hoc adverſus Concives, ſed non prohibitæ fidei, C. ita hic, ubi contra profligatæ hæreſeos hominem res eſt, favore actoris, tranquillitatis publicæ, & manifeſti Sectarii odio S. C. decernetur.

Num LXX.

De Jure experiundi inter Proteſtantes inter ſe.

PRoteſtantibus inter ſe auxilium legis hujus competere debere, (quamvis in Veteri Jurisprudentia ſecus ſenſum fuiſſe, ex Gylm. *Præj. pag. 221. verſ. quando turbatis &c.* ibi: quando neuter eſt veteris Religionis *&c.* videatur) & Juris ratio evincit; vid. Gylm. *d. p. 1. tom. 1. tit. 3. pag. 195. ſupplic.* II. quod præjudicium ſingulare ibidem appellat; & facti obſervantia in cauſa celebri ad Summum Tribunal nuperius delata, docet. Ex Rei noſtræ Hiſtoria meretur huc conferri Actis Publicis deſcriptus caſus in cauſa Civitatis Pfortheimenſis contra Dn. Erneſtum Fridericum, Marchionem Badenſem, à ſupre-

ſupremi hujus Judicii Advocato D. Eberz quondam defenſus: quæ acta, uti multa ſingularia, nec alibi facile obvia tractant; ita Veteris Proceſſus priſcaque harum Religionum inter ſe Jura, facti etjam rationes animoſe & jucunde memorant.

NUM. LXXI. & LXXII.

Litigantibus unius Religionis ejusmodi remedia non dari: dari vero alia in poſſeſſorio Jurium Eccleſiaſticorum; ut & petitorio. Quid ſi turbatus prohibitis ſectis adhæreret?

SI turbans & turbatus ejusdem ſunt Religionis hujus Conſtitutionis pœnalis auff den Religions Frieden remedia non dari actori communiter noſtri & recte docent. Gylm. *d. t. 1. p. 1. t. 3. pag. 208. juxt. fin.* Schvvanm. *Obſ. Cam. 145. n. 15.* ſi quid ratione Jurium Eccleſiaſticorum controverſiæ inciderit, alia via vindicandum admiſſum,

miſſum docuit 10. Decemb. 1663. publicatum ſequens memorabile Arreſtum:

In Sachen Herin Friderichen Marggrafen zu Baden und Hochberg/ ꝛc. ꝛc. Klägern eins; Wider Herin Eberharden Hertzog zu Würtemberg/ ꝛc. Beklagten andern Theils/ Mandati de nō offendendo S. non turbādo vero C. C. Iſt allem fürbringen nach zu recht erkand/ daß Herꝛ Kläger in puncto jetz berührten Mandati de non turbando in der Pfarren zu N. bey ſeiner herbrachten poſſesſion vel quaſi der Examination, Ordination, Inveſtitur, Viſitation, convocation ad Synodos und der Vicarien Conſtitutiō allein; Herr Beklagter aber bey den übrigen Juribus, ſo dem Juri Epiſcopali, vel jure Ordinis, vel jure diœceſano, vel jure Status aut dignitatis anhängig ſeyn; auch in ſpecie, confirmationis & remotionis Paſtorum und deren poſſesſion vel quaſi, mit und neben dem Herrn Klägern/ zu ſampt der Beywohnung bey jedesmahls vorgehenten

Inveſtituren reſpectivè zu manuteniren, zu ſchützen und zu handhaben ſeyen; alß wir ſie darbey reſpective manuteniren / ſchützen und handhaben / die Gerichts Koſten derentwegen auffgeloffen / auß bewegenden Urſachen gegen einander compenſierend und vergleichend: **Dann iſt beeden Theillen ihre Spruch und Forderung in Petitorio an dieſem Käyſerl. Cammergericht vorzubringen und außzuführen hierdurch unbenommen / ſondern vorbehalten.** Quod his finalibus verbis declaravit, ubi de Jure Epiſcopali, ejusque partibus, Jure Ordinis, Diœceſano, Status & Dignitatis, poteſtate confirmandi & removendi Paſtores *INTER DUOS EVANGELICÆ RELIGIONIS Principes Statusque* lis mota, non *poſſeſſorii* ſolius, ſed & *Petitorii* Auguſtiſſimum Tribunal Judicem futurum. quod notandum, meritoque inter elegantes ſententias, cum Illuſtr. Dn. Barone de Leubelfing, *ad Roding. lib. 3. Pand. Cam. tit. 9. §. 4. lit a.* referendum. *SI TURBATUS*

BATVS PROHIBITIS SECTIS ADHÆRET, & Subditus eſt, non alio Jure Dominus, quam Conſtitutionum Imperii, in perſequendo ſectario utitur, turbatus à beneficiis legis plane excluſus eſt. Frider, *lib. 1. cap. 29. n. 2. &* Meland. *d. p. 2. pag. 446. n. 5.* ſine dubio quidem recte; ſi quid *intuitu fidei* factum; ſi à *Domino*; ſi ſectaria ſceleſtaque vita & fides *notoria* ſit, vel in continenti probari poſſet: Si in *Politicis*; Si à *concive*, Si de fide nihil accuratius conſtet, *res dubia*, factum turbati nondum penitus exploratum; Actor adhuc magis audiendus, Proceſſus decernendi, & adverſarii Exceptiones expectandæ: Tunc denique Exceptione hæreſeωs probata, vel non probata; illo caſu, citationem & Mandatum caſſandum; hoc, cauſa apud ſe retenta in cauſa principali à Judice pronuntiandum: neque enim ſive Domino, ſive non Domino, aliena bona perſonasque ſub prætextu, ſæpe in ſpeciem ſubornari ſolito, hæreſeωs invadere permittendum, cum hæreticus nemo præſumatur, ſed magis Baptismatis ſui, Religionis & fidei Chri-

ſtianæ cultor & obſervator, donec evidẽtiſſimè contrarium probetur. Menoch. *lib. 5. de Præſumpt. cap. 6. n. 1. & ſeq.* Farinacius *de Hæreſi Quæſt. 581. §. 1. n. 1. & 2.* De *POENIS* hæreticis infligendis, videndus illuſtris Jacob. Gothofr. *ad lib. XVI. Cod. Theodoſ. tit. V.* & Juſtus Mejerus, *contra Scioppii Claſſicum belli ſacri.* Illuſtriſſ. Cameræ Senatus autem decretis adverſus Sectarios, locique in quo vivebant, ſuperiores, citatione ad videndum ſe incidiſſe & condemnari in pœnam privationis, & reſp. Banni; unà cum Mandato pœnali de non contraveniendo Legibus & Conſtitutionibus Imperii, Sectarios non hoſpitando, ſed exterminando & relegando S. C. Sub pœna 30. Marc. auri, Johannem de la Badie; Petrum Jvonem, Petrum Dulignonium, Henricum & Petrum Schlütteros cum adhærentibus aliis Germanici Imperii finibus ejecit; 31. Octobr. 1671.

Num. LXXIII.

De Actore. De Reo; & , non videri

deri contra mediatum indiſtincte agi poſſe. Inter Legum Pacis Profanæ & Religioſæ violationes differentia.

DE QVALITATE PERSONARVM, quibus, & adverſus quas Remedia hæc competunt, eò accuratius diſpiciendum, quo evidentius Imperio Juri Reique Camerali hic impoſitum. Ea autem tum in perſona *Actoris*, tum *Rei*, æſtimanda. De *illius*, proxime ad *N.68.* oſtenſum, erronea eſſe quæ Auth. *N.65.* aſſeruit, ea omnibus, non diſtincto, utrum ii immediate, an mediate ſub Imperio ſint, actoribus in Camera tribuenda: Cum tamen certisſimum & omnibus Jurisprudentiæ Cameralis ætatibus hoc *unum* convenientisſimum ſit: Actorem hic nullum admitti, niſi immediate Imperio ſubjectum; exceptis caſibus, *uno*, quo immediatus vice ſubditorum ſuorum, adeoque mediatorum agere non poſſet, ſcilicet litis inter Dominum ipſum ſuosque Subditos exiſtentis; tum enim hi qui ali-

um Juris ſui & Juſtitiæ vindicem præter ſe ipſos, non habent, in Camera ſemper admiſſi, reliqui excluſi: & *altero* quo experiri adverſus tertium prorſus denegavit. Et ita intelligendi Syring. *de P. R. th.* 54. *lit. c, d.* Maul. *de P. R. pag.* 51. Ita etiam cenſuerunt Status Correſpondentes in Außſchreiben de Anno 1610. & Gravamin. de Anno 1613. In *hujus*, nimirum *REI* perſona, itidem penitus erroneum, quod Auth. *h. n.* 73. nobis impoſuit; competere illa adverſus omnes Imperii Subditos, ſive mediatos ſive immediatos, & quidem, uti in *N.* 76. explicat, in Camera Imperiali adprehendenda. Quæ ita crude aſſerere, neque Legibus publicis, neque authenticis noſtris ſcriptoribus probatum auditumve fuit. *Id autem*: ut in Camera agi poſſit, requiri immedietatem perſonæ conventæ, mediatas perſonas ſuis Judiciis & Judicibus relinquendas; hanc *Regulam*; Sequi *Exceptionem*: niſi Judex intermedius deficeret & vel nollet vel non poſſet cauſam ſuscipere, *unam*: *alteram*, niſi ad pœnam Banni Imperialis accuſatio directa; hanc enim ſolus Imperator vi ſupremæ

Majeſtatis infligere poteſt; Inferiór nemo, qui ſicut ab executione ejus & declaratione, ita & cognitione (Salvis Sereniſſimæ Domus Electoralis Saxonicæ Juribus & prætenſionibus in Vindic. *tit.* XXV. *n.* 31. occaſione Carpzov. *Pract. Rer. Crim. p.* 1. *quæſt* 36. explicitis:) excluſus eſt. Et ita vult nunquam interrupta obſervantia, & Aſſeſſorum authoritas, & Juriſconſultorum reliquorum, extra unum alterumve Neotericorum, fides: ad impetrandos decernendosque ſuper Pace Religionis Proceſſus, utriusque tam actoris quam rei immedietatem requirendam: regulas cum exceptionibus non confundendas: Schvvanm. *lib.* 1. *Proc. Cam. c.* 8. *n.* 3. *cum ibi alleg.* Meland. *d. l.* & *pag.* 445. *in fin.* Frider. *d. l.* 1. *cap* 28. *n.* 2. & *cap.* 29 *n.* 5. Babeus *lib.* 1. *Proc. Cam.* 3 4. 2. Roding. *lib.* 1. *Pand Cam. tit.* 6. § 7. & ex Politicis, Lampad. *de Rep. Rom. Germ. p.* 3. *c.* 16, §. 62. Unus repugnat Tennagelius *de decern. Proceſſ. cl.* 1. *c.* 1. *n.* 2. *juncto n.* 9. & noviſſime Author. Præcipuum Tennagelii *n.* 4. 9 12. & Blumii fulcrum in eo, quo hæc Pax omnes Imperii Subditos, ſive

Status ſint, ſive minus, obligat, & contra omnes ad pœnam hac lege ſtatutam agi poteſt; Aſſertione verâ: mala conſequentiâ. Quæ enim, qualis & quanta eſt hæc propoſitio & inde elicita concluſio? Hæc Lex, Conſtitutio, Pacificatio, obligat omnes Imperii cives & Subditos, etiam mediatos: Ergo, omnis mediatus illi legi ſervandæ obſtrictus præterito Ordinario ſuo Magiſtratu ad Cameram Aulamque Cæſaream immediate vocari poteſt. Nonne manifeſta eſt, inter obedientiam legi præſtandam, & fori ſortitionem: inter obligationem Subditorum mediatorum, & eorum ad ſumma Tribunalia in Jus vocationem: aliqua lege ligari, & novum forum ſortiri, diverſitas? Et ſi adverſa rata erunt, Subditi in omnibus punctis Legibus Imperii ſervari præceptis, ſi tranſgresſi ea fuerint, propterea in Camera convenientur: quod, ſi quod unquam, abſurdum: Et tale quidem eo usque, donec de ſpeciali Lege id ſanciente, Magiſtratibus ordinariis de hiſce judicandi poteſtatem abrogante, vel ſupremis Tribu-

nali-

palibus (nam de qualitate fundandæ juriſdictionis multum adhuc litigii *de quo, ad n. 76.* ſupereſt:) conferente, ſubditosque mediatos ad ſummi alicujus fori limina trahendos jubente, conſtiterit; meliorve ratio docuerit. Neque vero *altera* contrariæ ſententiæ ratio eminentioris vigoris eſt: Contravenientes incurrunt ipſo facto in pœnam pacis publicæ: *Ergo* nullus Judex, niſi Camera. *Imo* vero; pro diverſitate pœnæ, quam accuſator perſequitur, diverſa ratione docendum & concludendum; Si ad Bannum accuſatio directa, cauſam ad Cameram aliudve concurrens ſupremum Tribunal pertinere nunquam negatum; pertinere etjam non ad regulam, ſed exceptionem: Cæterùm, an, ut urgendo contra mediatum banni pœnam id faciat, eoque recurrat, ſuadendum ſit, vel conducat, ipſe accuſator viderit: Si ad pœnam pecuniariam; prorſus. Addit. ad *Rodingum, lib. 1. tit. 6. in fin.* neceſſarium itaque hoc caſu mediati Magiſtratum adire; libera accuſatori poteſtate relicta, ſi ille Juſtitiam protrahat, vel deneget, Pro-

motorialibus, Mandatis de adminiſtranda Juſtitia, & denique citatione ſuper protracta vel denegata Juſtitia ſibi conſulendi, cauſamque hoc ultimo caſu ad ſuperiores deferendi: Si Juſtitiam adminiſtraverit, ſed inique decernendo, Cæſarem ejusque Judicia appellandi. add. Frider. *d. l. cap. 29. n. 5.* Eoque minus conſentiri debet illuſtri alias Scriptori Tennagelio, quo magis conſtat, eum ſub antiquisſimæ Jurisprudentiæ Cameralis ætate ſcripſiſſe: Abſurdum autem, omnes qui eum anteceſſere, quique eum ſecuti ſunt, tum ejusdem muneris Collegas, tum alios Camerales, contra Stylum Cameræ (ſi quis ita ex ſententia ejus receptus fuiſſet:) integro ſemi ſeculo, & quod plus ultra erat, ſcripſiſſe aut docuiſſe, ineptisſima fide credere. Certe etiam inſcriptio *tit. 9. part. 2. Ord. Cam.* huc plane non, ſed ad pacem profanam pertinet, cum & alias, uti *in Vindic. Tit. XXV.* dictum, inſcriptionum methodus ibi perpetua obſervata non; è contra ratio diverſitatis manifeſta, ſit. *Potentius* eſt, quod *n. 15.* admovet, ipſam quali-

tatem

tatem turbatæ Religionis fundare Cameræ juriſdictionem, nulliſque fori privilegiis ſubverti aut impediri poſſe: Verum id *num.* 76. expediturus erit. *Denique* nec id neglectum volumus, quod *n.* 10 addit, eandem ſubeſſe hic rationem, quæ in cauſa fractæ pacis profanæ militat; quia per turbationem Religionis immediate pervenitur ad violationem pacis publicæ; ipſaque adeo Religionis turbatio eſt pacis violatio; pro male concluſo habendum; magnam etenim diverſitatem ſubeſſe jam *ad N.* 68 notatum; dum omnis profanæ pacis publicæ in committendo violatio ex & in ſe ipſa tranquillitatem Imperii publicam & quietem turbat: Religioſæ, non ilico: Et ſi per vim publicam atrociorem Pax Religioni data in me violaretur, mea erit electio ex utra conſtitutione agere velim, meum erit de his penes me decernere. Quæ *N.* 11. propoſuit, non aſpernanda; *neque id*, æquiparationem inter utramque Conſtitutionem, etiam ratione perſonarum, factam: Namque, ſicut id verum eſt, ratione perſonarum obligandarum

rum ad obſervationem legis, ita falſum eſt, ratione earum utrarumque in ſupremis Tribunalibus, indiſcriminatim, neque perſona, neque actione inſpecta, conveniendarum. Ita paucis à veritate errores ſegregati, Regula & Exceptiones in ſuos ordines reductæ, ſunto. Si vero quis actorum præter ſententiam noſtram contra mediatos Imperii cives, extra hic exceptos caſus, vel ſperaverit Proceſſus, vel impetraverit, ejus opinioni nihil detractum ſit, nihil felicitati!

NUM. LXXIV & LXXV.

De Pœnis violatoribus dictandis: decernendis Mandatis S. vel C.C. Hic litteris pro informatione opus. Diſſentire videri Judicium Aulicum Cæſareum.

POena fractæ Pacis Religioſæ ab eo, qui utriusque violatores æqualibus pœnis perſequendos ſtatuit, deſignata

hìc:

hîc: In noviſſ. Editione male: quod pœna pecuniaria ſit 100 vel 200 Marc. auri puri; cum legi debuiſſet: 100 (ſcil. ex Reformatione Fridericiana, quatenus ea huc trahenda:) vel 2000 Marc. auri puri: quod ex incuria Typographi eſt. An actor ad pœnam, præmiſſa Citatione ad vidend. ſe incidiſſe &c. (qualitatibus Religioſæ pacis rite probatis:) agere: an caſſationem, reſtitutionem, &c. per Mandata urgere velit? ipſius eſt in arbitrio: vel conjungere, vel ſeparare, non minus. Mandata vero, quorum impetrandorum nervus in una & ſola Pace Religioſa fundatus, ſolum C. C. decernuntur. Id omnium maxime conſultum judicandum: Si Actor *ex poſſeſſione jam pulſus*, ut ageret ad pœnam & reſtitutionem, ſupplicando pro Citatione auff den Religion-Frieden / annexo Mandato caſſatorio & (uti ſpecies facti permiſſura erit:) reſtitutorio C. (fundato autem & qualificato ad IV. caſus, S.) C. vel ſi pœnam petere diſpliceret, impetraret Mandatum de non contravenien-do Inſtrumento Pacis, Caſſatorium & Reſti-

Reſtituorium (ad IV. caſus:) S. C. *Si vero res adhuc integra*, actorque adhuc in poſſeſſione; *ſaltem* non omnino ejectus, eodem Mandato, vel Mandatis de non offendendo, Inhibitoriis, aliisque ſibi conſuleret, quæ, ſi Jurisdictio recte fundabitur, S. C. decerni poterunt. Id enim diligenter obſervandum, Mandata, ſi, vel junctim cum Citatione auff den Religions-Frieden / vel ſola, ſed *intentione ex conſtitutione Pacis Religioſæ in ſpecie fundata*, petantur, ſemper C. C. emanare; non quidem tam ex certa Juris ratione, ut alibi prolixius demonſtratum, quam ex Stylo Curiæ, ſemel recepto, facile non immutando. *Si ſimpliciter*; qualificato, ad Ord. Cam. p. 2. t. 23. quatuor generaliſſimos caſus, facto, ſemper S. C. *Quid enim abſurdius*, (inquit Aſſeſſ. apud Gylmann. *tom. 1. part. 1. vot. 1. n. 6. pag. 207.* & cum eo Ill. Dn. ab Andler. *lib. 1. Iurispr. publ. & priv. tit. 1. part. 2. n. 20.*) *dici aut excogitari poteſt, quam in levioribus cauſis, concurrentibus qualitatibus juxta O. C. p. 2. t. 23. ſine clauſula mandari poſſe; in cauſa Religionis, ſi eadem qualitates concurrant, non æque:*

æque : Quaſi vero contra Pacem Religioſam turbatio non eſſet delictum, aut quod minuat & non adgravet potius delictum? RATIONEM tamen pro annectenda clauſula reddidit ex Tennag. *cl. 1. cap. 2. n. 2.* Blumius *de P. P. n. 202.* eam; quod ipſa controverſia turbatæ Religionis fere controverſiam poſſesſionis prætendat, in qua utique S. C. mandari non poteſt, ne reus absque cognitione cauſæ ſua posſesſione privaretur. *Verum*, his formalibus tertius interveniet, Poſſesſio, quam reo fractæ Pacis Publicæ Religioſæ adimi metuunt noſtri ſcriptores, vel *ea eſt, quæ per violationem Legis quæſita* prætenditur; vel *alia*, aliunde reo debita. *Hanc* non aufferri, utpote de qua per Analogiam Juris & Praxeωs hic non agi poteſt, certisſimum. Ergo *de priori* per delictum quæſita, res eſt. De *hac*, vel *narrata actoris vera* ſunt & probata, vel *falſa*, vel *dubia. ſi vera:* cur non ſine Clauſula mandandum, ubi crimen publicum poſſesſioni cauſam præbuit? an hic Religioſæ Pacis temerator in poſſesſione vitioſisſimo modo, & in Republica ſcandaloſo crimine quæſita manu-

manutenendus? nonne intereſt publicæ Rei, actorem ex poſſesſione improbo ſcelere dejectum ſententia Judicis reſtitui? unde prætenſa æquitas ita defendendi delinquentis in poſſesſione, ne ex ea malo facinore quæſita diſcederet, ſuas origines habeat? non liquidum. *Si falſa*; ſi de falſitate Judici conſtat; repellendus à Judicii limine temerarius litigator. *Si dubia*; per illud S. C. decretum Mandatum in nihilo reo præjudicatum, paritio ipſi injuncta non inevitabilis, exceptiones ipſi ſub- & obreptionis reliquæ; & poſſesſione non ilico excidit, quia audiendus; quia ſententia etiam paritoria pronuncianda. Quicquid ſit, differentia ſtylo recepta eſt; quem ſtylum tamen non videtur agnoſcere Invictisſimus Imperator ejusque *ILLVSTRISS. CONSILIVM AVLICVM*, præmemoratis rationibus vehementius urgentibus, Mandata, ſive cum citatione juncta, ſive auff den Religion-Frieden ſeparatim petita, ſive ad IV caſus qualificata pro qualitate cauſæ S. C. ut & Reſcripta, decernendo: interpoſita hac

quo-

quoque *ratione*: actorem ad præciſam formulam Prætoris, delicatiſſimamque fori tationem & ſupplicationes vel ideo non alligandum, quia quiſque fatetur, allegata Ord.Cam. p.2.t.23.S.C. mandari poſſe, longe gravius autem violatorem Pacis adeo ſacræ ſanctæque delinquere, quam alium, contra quem ob leviores cauſas ſine clauſula mandata decerni ſolent; eum magis ob ſingulare in eum cauſamque odium ad reſtitutionem faciendam obſtringendum, præ hoc, cujus exceſſus neq; tam enormes, neque tam odioſi, neque ita in publica præjudicia graſſantur. Unde & illud quæſitum: *AN IN CASU TURBATÆ RELIGIONIS ſubditis adverſus Magiſtratus ſuos conqueſtis, his conventis Magiſtratibus* pro informatione, ſive, umb Bericht/ *ſcribi debeat?* Et in caſu, in quo de narratis ſufficienter conſtat, nec has litteras pro informatione præmitti debere, ex obſervantia Imperiali Aulica cenſuit *d.* Dn. ab Andler. *d. l. Idque*, quo magis ita fieret, non impedire R. I. 1654. §. beneben ſollen. 99. qui ſolum, ne *FACILE*, citra informationem, Proceſſus decernerentur,

rentur, imperat; ſecus itaque futurum, ſi & cauſæ qualitas, & facti notorietas aliud exigant: *Neque* Capitulationem Cæſaream Art. auch ſollen und wollen. 18. quæ ad *NUDAM* ſubditorum inſtantiam Proceſſus in Cauſis ſupremæ Territorialis juriſdictionis & regalium, in ſpecie juris collectandi, ſequelæ & ſimilium decernendos fore, ſpopondit; proinde in caſu contrario, ſi judex ſatis informatus, cauſaque à ſubditis plenarie inſtructa, Proceſſus decernendi poteſtatem Paciſcenti reſervavit; Potentiam Cæſaream hic quoque certis finibus & legibus non circumſcripſit. *Nec denique* R. I. 1654. §. Alle Supplicanten. 79. aliud requirere, quam ut narrata aliquo modo probata ſint; ſi id factum, non coarctandum curſum deſideratæ juſtitiæ. *Verum*, utut hæc ita ſint; Illuſtriſſimo Cameræ Senatui non ita pridem placuit, Litteras pro informatione in eventum quemcunque præmittendas, & huic placito noſtra innituntur.

NUM. LXXVII.

De fundanda Judicis Juriſdictione:

ne: & quis in omni caſu implorandus? Ubi de Auſtragis; & Conventu Deputatorum Ordinariorum.

Circa *ELECTIONEM IVDICIS* probatiſsima ſemper viſa eſt diſtinctio ex petitione actoris vel accuſatoris deſumenda: ſi enim *ad pœnam banni* implorationes direxerit, nemo, niſi Cæſar, Judex eſt, & ea, quibus ille hanc poteſtatem exercendam commiſit, Judicia, Aulicum, & Camerale: ſi addere placeret, in ſuis finibus, ſed appellabile, Rottvvilenſe. Si *ad alias pœnas reſtitutionemve rerum ablatarum, damnorum illatorum, &c.* Ordinarius quoque rei Judex judicare poterit. Addunt interpretes & Authot. *Siquidem velut in pace profana, ita hic quoque ſola qualitas cauſæ juriſdictionem fundat.* Id *AN VERVM SIT?* excutiendum: Et quod ad æquiparationem Conſtitutionis utriuſque inter ſe, etiam quoad internas qualitates, naturam & proprietates, non ſolas

externas pœnarum ſimilitudines, attinet, rejecta ea ſæpius *ad N. 68. & 73.* Quod vero ad fundandam ſuperioris Juriſdictionem; quæritur: *AN AD IMPETRANDOS in ſupremo judicio Proceſſus ſufficiat SOLAM QVALITATEM cauſæ allegare, ſcil. factum Paci Religioni datæ adverſari, certos quoſdam reditus, cenſus, decimas intuitu Religionis non ſolutos ſolutasque detentos detentasque queri, & ſummatim, punctos quoſdam, vel unicum etiam, juxta Legem ab adverſario non adimpletos? AN* vero *PRÆTER ILLAM VNAM & nudam qualitatem religioſam SECVNDA quoque qualificatio deſideranda?* Nimirum ut judicium implorari cum effectu non poſsit, niſi, in puncto citationis, & huic connnexi Mandati violatio Pacis Religioſæ cum vi atrociori publica conjuncta; in puncto aliûs Mandati, factum juxta IV Caſus Ord. Cam. p. 2. t. 23. enarraretur? Lex non omnino obſcura: videndi Commentarii. Tennag. *d. cl. 1 cap. 1. n. 15.* ita: *Dico rectè ſcribere* Gail. *lib. 1. Obſ. 2. quod ex ipſa qualitate turbatæ Religionis fundetur Cameræ Iuriſdictio, ſic ut nullis fori privilegiis ſubverti aut impediri queat, unicumque hoc eſſe hujus conſtitutionis requiſitum,*

ut ſcil. turbatio Religionis Cauſa contra Pacem lege Imperii comprehenſam facta ſit : veluti cum Religionis intuitu , aut perſona turbationem patitur , aut circa res vel corporales vel incorporales, perceptione redituum aut decimarum , aut alio quocunque modo inquietatur ac ſpoliatur. Conſentire Gailium veriſsimum; Confuſas quæſtiones rigide diſcernendas; admiſſum etiam Elenchum, non minus. Blum. *ad C. O. C. p. 2. t. 10. §. ult. n.* (2.) porro: *quam ob cauſam in judicio Camerali adverſus utroſque eodem modo proceditur, & quicquid in hoc ac 9. ſeqq. tit. de violatoribus pacis profanæ diſponitur, idem quoque obtinet in violatoribus d. pacis religioſæ.* Si ad pœnam banni, ſi qualificatione demonſtrata, accuſamus, ſit ita: in reliquis punctis non licitum in uniuscujuſq; ſententiam ire. Sane enim, *ſi verum eſt*, tantam eſſe, quantam retulimus, inter transgreſſiones legis differentiam: *Si etiam*; R. I. 1566. §. und nach dem 6 C. O. C. d. l. §. ult. nihil, niſi: Ob jemand/wer der wäre/wider den Religion-Frieden beſchwärt wäre/ oder künfftiglich beſchwärt werden wolte / daß unſer Cammer-Richter und Beyſitzer auff

der beſchwerten Anruffen / mit Ertheilung gebührlicher rechtmäſſigen Hülff ſich fürderlich und gleichmäſſig erweiſen ſollen. conſtituiſſe. Si, *tertio*; verba: mit Ertheilung gebührlicher rechtmäſſiger Hülff / ꝛc. non videri novam fundandæ jurisdictionis in omnibus omnimodo cauſis, ſive ad pacem publicam profanam, ſive IV Caſus qualificatis, ſive non, rationem introduxiſſe. Si, *quarto*; præter legem, novis commentationibus, commentariis abſtinendum. Si, *denique*; aliter quotidianam praxin obſervare nec poſſe, nec velle. *Accedit* & abſurdum id, quod omnes ex lege condictiones, actiones tam in rem, quam in perſonam, ex ſola qualitate rei de qua actor queritur, in ſupremi fori cognitiones, præteritis quibuscunque mediatis, ſine lege, ferme & ſine ratione evocat; Omnimodo conſtituendum: Fundandæ ei, de qua quæritur, jurisdictioni ſolam qualitatem rei ad Pacem Religioſam pertinere prætenſæ non ſufficere: Cauſamque eo non pertinere, niſi in *Citationibus* &c. profana pax ſimul, ſaltem per enormem violentiam religioſa, concuſſa & turbata demonſtre-

monſtretur; *in Mandatis*, IV caſuum legis ſcriptæ qualitates in terminis, ut ajunt, probentur. *Accuratiores*, verum eſſe, *aiunt*, legem ſcriptam, cuique facto adverſus de pace noſtra conventa admiſſo in litem ducto vim tribuendæ jurisdictionis infundentem, eamque ita roborantem non dari; Roborari *vero* ex Regula commiſſæ univerſalis jurisdictionis: *magis*; exſuperioris ſeculi conſervata obſervantia judicandiq; de omnibus bonis Eccleſiaſticis & circa Religionē ſumma poteſtate, Joh. Sleid. Thuanoque, præter alios deſcriptas jureque non ſcripto. Verum, quia *alteram* partem alter firmat, negat alter (*Vindic. tit. XXV. n. 60. 61.*) *Alteram*, Hiſtoria, permiſſam, mox ademptam, memorando, deſtituit: ſalvo jure utriuſque tranſeundum, Male autem à Gail. *1. Obſ. 2. n. 1.* Schvvanm. *1. Proc. Cam. 8. n. 2.* Syring. *de P. R. Th. 53. d.* protinus à judicandi munere remoti JUDICES AUSTRÆGARUM: nec melius diſcretæ quæſtiones: *una*; Utrum litigantes coram Auſtrægis de cauſis Pacem Religionis tangentibus experiri poſſint? quod ſane concedendum;

